
3 1761 09703407 8



Theo

Toronto University Library

Presented by

The Reverend T. K. Abbott Esq. M.A.
S.T.B., B.D. etc

through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by


The disastrous Fire of February the 14th 1890

DUBLIN UNIVERSITY PRESS SERIES.

EVANGELIORUM

VERSIO ANTEHIERONYMIANA,

ETC.


ELIZAB IVXTA DUBLIN SY COLL SANCTÆ ET INDIVID TRINITATIS REG
A D 1591

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/evangeliorumvers01abbo

...uor dicit illi...
...uia in hac nocte antequam gall...
...ne negabis dicit illi petrus et si o...
...te in mortem non te negabo si...
...discipuli dixerunt tunc uen...
...agrum qui dicitur gethsamani e...
...ulis suis sedete hic donec eam illuc o...
...adsumpto petro et duobus filiis zebede...
...coepit contristari et maestus esse tunc dic...
...tristis est anima mea usque ad mort...
...te hic et uigilate mecum et progres...
...lum procidit in faciem suam or...
...cens pater meus si possibile est...
...e calix iste uerum tamen non sicut ego...
...sicut tu uis et uenit ad discipulos et in...
...os dormientes et ait petro non pot...
...hora uigilare mecum...

Bible
Lat
A

Bible. Latin

EVANGELIORUM VERSIO ANTEHIERONYMIANA

EX

CODICE USSERIANO (DUBLINENSI),

ADJECTA COLLATIONE

CODICIS USSERIANI ALTERIUS.

ACCEDIT

VERSIO VULGATA SEC. COD. AMIATINUM,

CUM VARIETATE

COD. KENANENSIS

(BOOK OF KELLS),

ET

COD. DURMACHENSIS

(BOOK OF DURROW).

Edidit et Praefatus est

T. K. ABBOTT, S.T.B.,

Coll. SS. Trin. juxta Dublin. e Sociis;
Linguae Hebraicae et Linguae Graecae Bibl. apud Dublinen. Professor.

[Vol. 1]

DUBLINI:

HODGES, FIGGIS, ET SOC.

LONDINI: LONGMAN, GREEN, ET SOC.

1884.

DUBLINI:
TYPIS ACADEMICIS
EXCUDEBANT PONSONBY ET WELDRICK.

13325

PARS PRIOR.

PRAEFATIO.

Codex cuius textum hic exhibemus in bibliotheca Coll. SS. Trin. iuxta Dublinum inter libros olim cl. Usseri adservatur (A. 4. 15). Huic adhuc anonymo nomen damus Usseriano. Inter Codices qui versionem ante-hieronymianam praebent locum haud ultimum obtinere meretur. Ita vetustate atque aut igne aut aqua absumptus est ut non solum pars magna perierit sed e foliis quae restant pauca textum integrum praebeant, nulla omnino marginem incolumem servent. Scriptura lectu facilis, nisi in parte paginae extrema, qua parte adeo nigrescit pergamena ut vix et ne vix quidem legi possit. Unius paginae ectypon arte photographica effectum huic libro praemisi.

Quaenam fuerit primitus foliorum magnitudo dignosci nequit: scriptura vero spatium obtinet circa 7½ unc. altum et 5½ latum. Saeculo sexto

exeunti tribuendus videtur. Ordo evangeliorum hic est: Matthaei, Iohannis, Lucae, Marci.

De scripturae ratione haec sunt notanda. Litterae semi-unciales sunt. Compendia nonnisi ihs̄, χp̄s̄, ds̄, dn̄s̄, sp̄s̄, lineola in fine pro *n* vel *m*; in evangeliis posterioribus etiam q. pro *que*; *u* post *q* saepe signo ‘ superscripto indicatum. In his etiam diphthongus *ae* forma breviori scripta est, et littera *e* cum *s* vel *n* coniuncta peculiari quadam forma gaudet, rarius alias inventa. Puncta distinctionis causa interdum, nulla tamen regula certa, posita.

Initium capituli cuiusque in evv. prioribus minio scriptum est, in posterioribus non ita. Numeratio duplex; primo ad finem lineae atramento scriptus est numerus; deinde manu posteriori litterae istae minio deletae et aliae in linea sequenti minio scriptae. In Ev. S. Luc. manus tertia (?) miniatas has partim delevit ita ut semper numerum duobus minorem indicaret. Cum pleraeque perierint iudicare nequeo a quonam capite ita delere inceperit.

Capitulatio eadem ferme videtur quae et in codice Durmachensi (de quo infra). Hanc ergo textui versionis Vulgatae inserui ad codicem nostrum

illustrandum. Est ubi haec capitulatio in margine cod. Durm. non exstet sed e 'brevibus causis' codici illi praemissis eruatur. Siquando capitula codd. Usser. et Durm. discrepare videantur huic fortasse causae tribuendum est, quod in cod. Durm. numeratio non ipsi capituli initio apposita est (cum sect. Amm. et canon. Eus. praecedant), unde forsitan aliquando erravi uno alterove versu temere excluso. Post Ev. S. Iohan. addita est Interpretatio Nominum. Cum hac consentiunt Interpretatio altera in codice Durm. et fragmentum interpretationis in cod. Ken.

Errores e soni similitudine perpauci; multo plures ex incuria. Ex. gr. Luc. xxiii. 20 sqq. dimidium paginae omissum ex homoeoteleuto ut videtur; Luc. xxi. 27 quoque primo omisit scriba, postea ipse supplevit; 'eum' *pro* 'cum' bis scripsit (Luc. xiv. 31; Ioh. xvi. 1); 'dicendi' *pro* 'descendi,' bis in pagina eadem (Ioh. vi. 38, 41), at semper alias recte scripsit 'descendi', nisi semel tantum 'discendebat' (Luc. x. 31);[1] 'enim' *pro* 'eum' (Ioh. xix. 18); 'locutus est' *pro* 'locus est' (Luc. xiv. 22); et alia huiusmodi multa.

De orthographia pauca sunt notanda: capud, ad

[1] In Interpretatione quoque 'discensus' legitur.

(*pro* at); hii, interdum etiam hí; thensaurus, uncxit (Ioh. xii. 3; Luc. iv. 18); sed unxit (Luc. vii. 46); praecincxit (Ioh. xiii. 4); et praecinxit (Ioh. xxi. 7); scribtum, etc. (at baptismum semper); blasfemia; profeta (propheta *semel*); filippus (sed in Ioh. phylippum); ae *pro* hae *semel*; iebedei, possuit; volumptas; eleazarus (in parabola de Lazaro).

Quae grammaticam spectant haec sunt: fili *gen. et voc.*; erint; exiet, prodiet, etc.; at praeteribit, praeteribunt semper Matt. xxiv. 34, 35; Luc. xxi. 32, 33, ubi eodem versu, transiet (cf. codd. *Amiat.* et *Durm.* transibunt . . . . transient); similiter noster Marc. xiii. 30, 31, transiet . . . . . transibunt; absconso (sed absconditum Marc. iv. 22; Luc. xix. 42); odiet; prandid[iss]ent (Ioh. xxi. 15); Ad dextris *pro* a dextris scriptum nisi semel tantum. 'Maior' 'maius' cum genitivo 'horum' construitur, cum ablativo aliorum verborum. Notanda etiam: posso (Luc. xvi. 3), rememorati (Ioh. ii. 17, 22, *et alias*); apello (Ioh. vi. 37); inhonorifico (Ioh. viii. 49); honorifico passim ubi Vulg. clarifico aut glorifico; ignoro passim ubi Vulg. nescio; contribulabitur (Luc. xx. 18); eremo bis (Ioh. vi. 31, 49); elictrorum (Marc. vii. 4);

animaequi (Ioh. xvi. 33). Pericopam de adultera codex noster de Vers. Vulgata mutuatus est, unde colligere licet pericopam istam in codice archetypo non exstitisse, versionem autem vulgatam scribae praesto fuisse.

Spicilegium Lectionum Codicis Usseriani.

(*Quae sunt imprimis notatu digna hoc signo * indicantur. De* Uss_2 *vide infra.*)

EVANG. S. MATT.

	Codex Amiatinus.	*Cod. Usser.*
c. xx. ver. 28.		*add.* = *ac* Uss_2 ; *nisi quod pro* ad cenam uocauit te, *leg.* [te in] uitauit ad cenam *et pro* in loco inferiori *leg.* [in locum in ?]feriorem.
xxiv. 10.	odio habebunt invicem.	occiden[t se] inuicem (= Uss_2).
38.	nubentes et nuptum tradentes.	nubebant et uxores ducebant (= *a* Uss_2).
xxv. 1.	simile erit.	similabitur (= *Hilar.* Uss_2).
2, 4.	prudentes.	sapientes (= *d* Uss_2).
28.	talentum.	talentum meum.
37.	dedimus tibi potum.	potauimus te (= *Cypr.*) (pavimus te Uss_2).
38.	quando autem te vidimus.	*om.*
xxvi. 6.	esset Iesus in Bethania in domo.	.... ihs̄ in bethaniam in domum [*leg. ut uid.* uenisset].
24.	bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.	bonum erat non nasci hom|[ini il]|li (*hiat* Uss_2).

	Codex Amiat.	*Cod. Usser.*
c. xxvi. 53.	exhibebit mihi.	exhiberet mihi (= *Uss*$_2$).
70.	nescio quod dicis.	nescio quid dicis | | tellego [*i. e.* neque intellego] (= *Uss*$_2$). *Vid.* Marc. xiv. 68.

EVANG. S. IOANN.

i. 47.	ecce vere Israhelita.	ecce homo ue[re isra]helita.
ii. 2.	vocatus.	inuitatus (= *b*).
2.		*add.* et [ui]num non habebant quoniam finitum es[t (erat *b*) ui]num nuptiarum (= *b*).
22.	sermoni quem dixit.	uerbo quod pra[edixer]at illis.
23.	in pascha in die festo.	die sollemni paschae.
iii. 6.	caro est.	caro est quoniam (quia *ab*) de carne natum [est] (= *ab*).
6.	spiritus est.	spiritus est quoniam ds̄ [sp]s est (= *a*) (*a add. etiam* et ex deo natum est).
23.	adveniebant.	ueniebant multi.
24.	missus fuerat.	ini[ectus ? e]rat.
iv. 11.	in quo haurias.	auritorium (= *bd*).
27.	continuo venerunt.	* in hoc sermone super[u]enerunt.
34.	perficiam.	consum[mem].
v. 2.	super probatica piscina quae cognominatur.	in piscina natatoria quae dicitur.
4.	descendebat in piscinam et movebat aquam: qui ergo primus descendisset.	lauabatur in n[a]tatoria et mouebatur aqua et qui prio[r] descendisset et in natatoriam.
6.	multum iam tempus.	copiosum iam tempus.
13.	qui sanus fuerat effectus.	* qui languorem eua[se]rat.
13.	declinavit a turba constituta in loco.	* statim deuertit cum esset turba in eo loco.
29.	procedent.	* prodient.
vi. 37.	non eiciam foras.	non apello (= *b Hilar.*).
46.	vidit patrem.	uidit dm̄ (= *Dab*).
49.	manducaverunt in deserto manna.	manduca[uer]unt panem in cremo quod est manna.

	Cod. Amiat.	*Cod. Usser.*
c. vi. 51.	ex hoc pane.	ex meo pane (=*a*).
51.	mundi.	huius mundi (=*ab*).
vii. 28.	et me scitis et.	[n]eque me scitis n | (=*Hil.*).
53—viii. 11.		*cum vulgata Clem. paene ad verbum consentit* (ex hoc *pro* amplius).
viii. 15.	non iudico quemquam.	non iudico neminem (=*b*).
49.	inhonoratis (-astis) me.	inhonorificastis me.
ix. 11.	unxit oculos meos.	superlinuit me (=*b*).
22.	conspiraverant Iudaei.	* decreuerant farisaei et scribae.
22.	extra synagogam fieret.	proiceretur de synagoga.
23.	ipsum interrogate.	ips[e p]ro se loquatur.
27.	et audistis.	* et non creditis.
x. 2.	qui autem intrat.	na[m] qui intrat.
5.	alienum.	* ex[ter]um.
5.	vocem alienorum.	* exteram |
22.	encaenia.	dedicatio (=*c*).
24.	tollis.	* crucias.
24.	palam.	* m[anife]ste.
38.	ut cognoscatis et credatis.	* ut sci[atis] et cognoscatis.
xi. 18.	quindecim.	xii. (*ut vid.*)
20.	occurrit. 30 occurrerat.	20 obui[am] uenit. 30 obuiam erat.
29.	cito.	[co]nfestim.
30.	castellum.	monumentum.
31.	cito surrexit.	festina[nt]er surrexisset.
39.	eius qui mortuus fuerat.	lazari (=*a*).
41.	tulerunt.	sustulerunt.
44.	ligatus pedes et manus institis.	* ligatis pedibus et manibus fasceis.
44.	sudario.	orario.
44.	sinite abire.	dimittite ire (=*Iren.*).
49.	nescitis quicquam.	scitis nihil.
51.	moriturus erat.	incipiebatur mori (*cf.* vii. 39).
xii. 1.	ante sex dies.	ante sextum die[m].
12.	venerat.	conuenerant.
12.	cum audissent.	audientes.
13.	acceperunt ramos.	* sumpserunt medullas.

	Cod. Amiat.	*Cod. Usser.*
c. xii. 17.	vocavit.	clamasset.
xiii. 28.	discumbentium.	ex discumbentibus.
38.	cantabit.	cantabit ho[di]e.
xiv. 3.	accipiam.	arcessam.
11.	alioquin.	sin autem u[el ?].
16.	paracletum.	consolatorem (= *Hil.*).
17.	cognoscitis.	uidetis et scitis.
xv. 9, 10 (*bis*).	dilectione.	9, 10 *bis* dilectione. 13 caritatem.
13.	dilectionem.	
18, 19 (*bis*).	mundus.	saeculum.
18.	priorem vobis odio habuit.	priorem uestrum odit.
19 (*ter*).	de mundo.	de saeculo hoc.
26.	paracletus.	aduocatus (= *Hil.*).
xvi. 2.	absque synagogis facient vos.	* remouebunt uos de synagogis.
7.	paracletus.	consolator.
23.	non rogabitis quicquam.	n[on] rogabitis nihil.
32.	dispargamini.	dispargat[ur ?].
33.	pressuram.	tribulationem (*similiter v.* 21) (= *Hil.*).
33.	confidete.	animaequi estote (= *b Hil.*).
xvii. 2.	omne.	omnibus.
xviii. 40.	non hunc.	noli hunc (= *e*).
xix. 2.	plectentes coronam.	* factam coronam.
5.	et dicit eis ecce homo.	*om.* (= *a*).
25.	soror.	sorores.
29.	vas ergo positum erat aceto plenum.	[e]rat concha posita aceto plena.
29.	hysopo circumponentes.	cum felle et hysopo admiscentes.
30.		* *add.* cum tradidisset spm̄ velum | | medium a summo usq. deorsum.
35, 36.	credatis . facta sunt.	credatis facta . sunt.
38.	occultus.	absconse.
xxi. 8.	navigio.	pe[r nau]em.

EVANG. S. LUC.

i. 4.	veritatem.	*om.*
7.	processissent.	processores erant.

	Cod. Amiat.	*Cod. Usser.*
c. i. 8.	in ordine.	*om.*
51.	mente.	intellectu.
52.	potentes.	potentiam inpotentium.
ii. 1.	describeretur universus orbis.	* censum profiterentur uniuersi in orbe terrarum (cf. Uss_2).
3.	profiterentur.	censum profiterentur.
5.	profiteretur.	profiteretur censum suum.
11.	salvator.	* conservator salutis (= Uss_2).
11.	Christus dominus.	christus domini (= *Syr.*).
29.	nunc dimittis.	nunc dimitte.
43.	consummatisque diebus cum redirent.	* cum consummati essent dies sacrificationis cum iam reuersi essent.
51.	verba haec.	*add.* quae audieb[at] ab eo.
iii. 5.		*add.* et uidebitur maiestatis dñi.
8.	fructus dignos paenitentiae.	fructum dignum paenitentia.
23.	ut putaretur (putabatur *Clem.*).	* qui putabatur.
iv. 3.	lapidi huic ut panis fiat.	ut lapides [i]sti panes fiant.
5–8.		*post* 12 (= *bc*).
8.	adorabis.	diliges (= *a*).
35.	cum proiecisset . . . exiit.	protinus deiecit . . . et exiit.
v. 33.	obsecrationes.	orationes (= *e*).
39.		*om.* (= *Dabc*).
vi. 38.	confertam et coagitatam.	cumulatam.
vii. 50.	in pace.	* in pacem.
viii. 12.	ne credentes salvi fiant.	uti ne credant et salui fiant.
15.	fructum adferunt in patientia.	fructifican[t pe ?]r patientiam.
15.		* *add.* et adiecit ihs̄ dic[ens].
22.	transfretemus trans stagnum.	* transeamus st[a]gnum ad illi consentientes promouerunt.
ix. 36.	tacuerunt.	[? de u]iso tacuerunt (*pars litterae* u. exstat).
42.	dissipavit.	* contorquens contribulauit eum.
x. 19.	nihil vobis nocebit.	* nihil uos nocebunt.
24.	et reges.	et iusti (= *b*).
xi. 15.		* *add.* et respondens eis ihs̄ dixit quomodo potest satanas satanam eicer[e] (= *d*).

	Cod. Amiat.	Cod. Usser.
c. xi. 17.	et domus supra domum cadet.	* et domus in domum constituta cadit.
24.	inaquosa.	[quae non h]abent aquam.
25.	scopis mundatam.	uacantem, scopis mundatam et ornatam.
30.		*add.* = *De.*
35.		*add.* = *De.*
36.		*om.* (= *Dabe all*).
xii. 24.	coruos.	uolatilia caeli.
27.	non laborant non neunt.	non laborant neque neunt neque texunt (= *b*).
33.	quo fur non adpropiat.	ubi fur non furatur.
54.	nubem orientem ab occasu.	nubem ab oriente ad occansum.
55.	aestus.**	c[a]lor.
59.	minutum.	quadrantem (= Uss_2).
xiii. 7.	occupat.	detinet.
xiv. 10.	venerit qui te invitavit.	* uenerit infirmior te uenit autem qui te inuitauit.
xv. 1.	adpropinquantes.	adpliciti (= *b*).
2.	manducat.	conuiu[it ?].
29.	numquam dedisti mihi haedum.	non dedisti mihi nec aedum.
32.	epulari autem et gaudere oportebat.	aepulari autem te oportet et gaudere (= Uss_2).
xvi. 1, 2, 3, 4, 8.	vilicus, vilicare, vilicatio.	dispensator, dispensare, dispensatio (= Uss_2 *at* v. 3 uillicus).
3.	valeo.	* posso.
4.	scio.	cogitaui (= *c*).
6.	sede.	sedens (= *a* Uss_2).
14.	avari.	cupidissimi et amatores pecuniae (*sine* cupidissimi et Uss_2).
22.	sepultus est in inferno.	*sic punct.*
26.	hi qui volunt hinc transire.	qui hic ueniunt transire hinc (ueniunt = *a*).
30.	ex mortuis ierit.	a mortuis surrexerit et ierit (= *m*).
xvii. 3.	adtendite vobis.	*cum praeced. coniungi uidentur; claudunt sectionem.*
13.	praeceptor.	magister (= *a* Uss_2).

	Cod. Amiat.	*Cod. Usser.*
c. xvii. 18.	rediret et daret.	reuersus daret (reuersus = *a*).
xviii. 7.	patientiam habebit.	paenitentiam [h]abens.
20.	non moechaberis.	non adulterium cómmittes (= *bc*).
xix. 37.	omnes turbae descendentium [discipulorum *codd. all.*]	omnis turba discipulorum.
xx. 18.	conquassabitur.	confringetur.
18.	comminuet illum.	* contribulabitur.
20.	insidiatores.	* suborn[a]tos [*cf. a* suborfingentes].
35.	illi autem qui digni habebuntur saeculo illo et resurrectione.	* qui autem digni sunt in illo saeculo obtinere resurrectionem.
47.	simulantes longam orationem.	* occasion[e long]a adorantes.
xxi. 19.	possidebitis.	* adquiret[is] (= *c*).
xxii. 12.	caenaculum magnum.	in superibus (superioribus**) locum magnum.
27.	ministrat.	*add.* = *ace Uss*₂, *all* (discumbit *pro* recumbit).
xxiii. 32.	duo nequam.	duo m[aligni ? = *d*].
32.		*add.* . . . et capnatas.
50.	decurio vir bonus et iustus.	* decurio sibi sufficiens op[timus] et iustus (sibi sufficiens = ὑπάρχων).
xxiv. 1.		*add.* et q[uaedam cum] illis (= *f*).
14.	loquebantur.	fabulabantur (= *b*).
16.	tenebantur.	tenebraeban[tur].
26.	pati Christum.	* christum pati secundum uoces profetarum.
31.	evanuit ex oculis eorum.	non comparuit ab eis.

EVANG. S. MARCI.

. 2.	in Esaia propheta.	[es]aie (?) et in prophetis.
41.	misertus.	iratus (= *D ad*) (*corr. m. rec.*)
ii. 17.	necesse habent.	desiderant (= *d*).
iii. 21.	sui.	scribae et ceteri qui ab hier[usalem desce]nderant ; *deinde videtur quaedam omittere.*

	Cod. Amiat.	*Cod. Usser.*
c. v. 4.	conpedibus et catenis vinctus disrupisset catenas et conpedes comminuisset.	* compedes et catenas quibus erat ligatus disrupisset.
vi. 5.	non poterat ibi virtutem ullam facere.	noluit ibi uirtutes mu[l]tas facere.
23.	et iuravit illi quia quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni mei.	* licet dimidium regni mei et iurauit illi (= I.).
26.	rex.	*add.* mox audiuit (= *d*).
40.	in partes.	. . . conuiuia.
vii. 3.	crebro.	pugillo (= *c*).
4.	lectorum.	elictrorum.
11.	corban, quod est donum, quodcumque ex me tibi profuerit.	donum quod est corban quodcumq. ex me est tibi proderit.
vii. 12.	dimittitis.	missum facitis (= *c*).
viii. 3.	si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient.	dimittere eos ieiuno[s in do]mum nollo ne fatigentur (= *Db*).
29.	Christus.	*add.* filius dei (= L, cf. *b*).
x. 14.	parvulos.	[infa ?]ntes.
24.		* *om.*
xii. 40.	viduarum.	*add.* et pupillorum (= *D abc*).
40.	sub obtentu prolixae orationis.	[occ]ansione longa orantes (= *a*).
xiii. 2.	destruatur.	*add.* et in triduo aliud resur[get si]ne manibus (= *D a*) (post triduum *a*).

Alterum quoque codicem ‘veteris Latinae’ dictum eadem bibliotheca possidet, cuius collationem Appendix noster continet. In Ev. S. Marci autem et parte priori Ev. S. Lucae (excepto cap. ii.) versionem vulgatam sequitur. Ex Evangelio S. Iohan. quinque tantum folia supersunt, et haec quoque

vulgatam exhibent. In Ev. S. Matth. textum vere ante-hieronymianum servat codex, Usseriano maxime affinem. In Ev. S. Luc. parte posteriori, et in cap. ii., textum mixtum habet. Codex Kenanensis (de quo infra) cum a textu vulgato recedit, persaepe cum nostro consentit. Lectori qui signa † et § in Appendice nostro indagare voluerit, haec manifesta fient.

Hunc liceat nobis Usserianum alterum dicere.

Forma est 4ta et 86 foliis constat, e quibus obtinet S. Matth. 21; S. Marc. 22; S. Luc. 38; et S. Iohan. 5. Paginae pictae duae tantum supersunt, evangeliis Matth. et Marc. praemissae.

Plurimis compendiis usus est scriba; aut, autem, enim, ergo, sed, secundum, qui, quae, quam, quod, quia, que, est, sunt, dicit, dixit, respondit, con, per, prae, pro, pri, -ter, -tur, -us, compendiose scripsit. Adde antiquissima illa: ds, dn̄s̄, ihs̄, sp̄s̄, et lineolam ¯. Participium praesens secundae et tertiae coniugationis in casu nominandi fere semper '-iens' sonat; ut: 'diciens,' 'vidiens'. Tertia persona temporis perfecti plurali numero '-iarunt'; ut: 'vidiarunt'; aliquando etiam tertia persona imperfecti earundem conii. 'iabant' scribitur.

Mendis scatet codex; litteris, verbis, clausulis, temere omissis, repetitis, immutatis. Saepius homoeoteleuton scribae inludit: ex. gr. Matth. xviii. 12, 13; xx. 26; xxv. 22, 23; xxvi. 62, 67; Marc. ii. 16, 19; viii. 14; 35; x. 15; 23, 24; 43, 44; xiii. 29; xv. 44; 48; Luc. x. 5–11; xi. 31, 32; xiii. 26, 27; Ioh. viii. 37, 38; 52, 53; 56; ix. 35.

Inter exempla incuriae vel insipientiae haec videntur recensenda:

Matt. xvi. 27: 'maiestate fratris sui.'
xxii. 19: 'novisime censum' *pro* 'nomisma census.'
xxii. 42: 'quid vobis videtur de operibus fidelis' (operibus = χpocuius; fidelis = filius).

Marc. ii. 3: 'qui iiii rotis portabatur.'
ii. 28: 'et non etiam sabbati.'
xi. 12: 'a bethania cum .x. essurivit .ii.'
xiv. 50: 'discipuli omnes relinquentes eum cruci[fi]xerunt.'

Luc. iv. 6: 'mihi tradita sunt a patre meo.'
xviii. 5: 'non molesta est.'
xix. 44: 'lapidem quem reprobaverunt super lapidem.'

Persaepe lectiones diversas coniungit, vide Luc. xxii. 21, 26, 71.

Luc. xxiii. 12: adnotatio e margine archetypi in contextum irrepsit; 'opus malum malos in unum coniungunt' (loco vocis 'amici' quae omissa est).

Matth. xxvii. 5: loco vocis 'argenteis' adnotationem Hibernicam admisit scriba: 'arcadgabuth c·' (*sic*, c mendose scripto pro a), h. e. 'argentum acceptum' (arcad = airgid 'argentum'; gabutha = gabada, gabtha 'acceptum').

Orthographiam quae spectant, haec sunt.

Litterae b et v commutantur: iubentus, iubare, vidba; -avit *pro* -abit futuri temporis saepius.

e et i: acciperit, reciperit, procedit (= procidit).

qu et c: accibus = a quibus; cantus = quantus: loquavit = locavit.

Pro ae in fin. vocis, e scribitur; scribe *pro* scribae.

i longum in fine duplicatur, ut: exii, filii, hii. a similiter duplicatur in 'paraa.'

ch aliquando pro h scribitur, ex. gr. abracham, adpraechendo.

noem *pro* novem; nissi (semper); missi; profeata (fere semper).

iacob semper *pro* iacobus; forsitan in archetypo compendiose scriptum est iacob:

Notandum 'anxior' Luc. xii. 50.

Hunc codicem serioris esse aevi scriptionis ratio arguit. Artis quoque indoles qualis in paginis pictis conspicitur, eodem spectat.

Duas tantum lectiones hic citare libet: Matth. xxi. ver. 29 *post* 30 legitur (= B); Matth. xxvii. 49, eadem addit quae Cod. Ken. et inter Graecos BCL.

E regione Cod. Usser. textum Vulgatum adhibui iuxta Cod. Amiatinum, nisi quod errores scribae manifestos in paginam imam relegavi. Huic adiectae sunt lectiones variantes duorum codd. qui in eadem bibl. adservantur, Kenanensis scilicet, et Durmachensis. Codex Durmachensis (*Book of Durrow*) forma 8va litteris semiuncialibus scriptus textum praebet fere cum Amiatino consentientem, non paucis tamen erroribus. Sectiones Ammon. et Canones Eusebii, necnon capitulationem de qua supra, scriba margini adscripsit. Argumenta, breves cau-

sas, Hieronymi epistolam, interpretationem nominum praemisit.

Altera interpretatio (non a prima manu, ut mihi videtur) Ev. S. Marci sequitur. Haec ut supra dixi cum cod. Usser. ad amussim consentit. Breves causas evv. Luc. et Ioh. evangelio Ioh. postposuit. Post has ad finem libri (ut nunc autem compactus est, ante textum evangeliorum) haec verba leguntur (litterae quas linea subscripta insignivi a manu recentiori, meo saltem iudicio, refectae sunt).

Rogo beatitudinem
tuam sc̄e praesbitere
patrici ut quicumque
hunc libellum manu te
nuerit meminerit colum
bae scriptoris. qui hoc scripsi
||| met evangelium per xii
dierum spatium. gtia dn̄i n̄ri s. s.

Quid sibi velit '. . met' coniicere nequeo, nisi sit mmet = mihimet. Hinc vulgo colligitur codicem a S. Columba (ob. 597) scriptum fuisse.

Sequuntur alia manu (forsitan eadem quae litteras supradictas refecit) haec :

Ora pro me fra
ter mi dn̄s tecum sit.

Codicis huius operimentum antiquum iamdudum periit; inscriptionem autem nobis tradidit Rodericus O'Flaherty hisce verbis in folio recenti chartaceo scriptis :

"Inscriptio Hibernicis literis incisa cruci argenteae in operimento huius libri in transversa crucis parte nomen artificis indicat . . ."

Non operae pretium est verba Hibernica describere; ita redduntur Latine :

"Oratio et benedictio S. Columbae Kille sit Flannio filio Malachiae Regi Hiberniae qui hanc (operimenti) structuram fieri fecit."

"Flannius hic decessit 8 Kal. Maii et die sabbati ut in MS. Cod. Hibernico quod chronicon Scotorum dicitur anno aerae χanae vulgaris 916.

"Hanc inscriptionem interpretatus est Ro. Flaherty, 19 Iun. 1677."

Quisquis fuerit scriba, certe non raro dormitabat. Ecce exempla : Matth. xv. 24, non sum ihs̄

nisi; ib. 39, venit in nūbībūs finibus Magedan; Luc. ii. 1, cussare agusto; ib. 37, obscurationibus *pro* obsecrationibus; viii. 32, puermissit *pro* permisit; xxiii. 15, acutum *pro* actum; Marc. vi. 45, habessaidam *pro* ad bethsaidam; viii. 2, traditio *pro* triduo.

De orthographia haec sunt notanda: adulescens; parabula; baptismus (Matth. et Marc.); etiam Luc. vii. 20, baptista; at postea passim bapt. Ioh. i. his formis promiscue utitur scriba. Ita Matth. puplicani; at Luc. publicani. Passim missit, sed misum; discendo fere semper; in aliis quoque verbis vocales *i* et *e* confusae sunt; ex. gr. reciperit *pro* receperit; dilego *pro* diligo; sed demissit *pro* dimisit. Cum prima diaboli mentio fit, legimus diabulo; postea semper zabulus nisi Luc. iv. 1, ubi quod primum fuit diabulo in zabulo mutatum est. 'Scribtum,' ut in Usser.; nubserit; fincxit, vincxit, uncxit; etiam 'suxit' manus sec. corr. in 'suncxit' (quod in Ken. legitur); qualifaciebat *pro* calefaciebat; fraugmentum (Marc. viii. *ter*); ieciunt *pro* eiciunt (*semel*); regraesus. Vocalis i longa vel ii scriptum est vel í; hii vel hí (hí semel m. sec. corr. in hii); lociis, scribiis,

ipsiis, exii (*imper.*); illut (non semper); siquit; capud; tringenta, centensimum, sexagensimum, etc.

In Matth. v. 'thesaurus' et similia semper; mutavit m. sec. in 'thensaur.' In Matth. vi. prima manus scripsit 'nent,' secunda 'neunt.' Umorem, etc., sine littera h scripsit prima manus; add. h secunda vel tertia.

Cum Cod. Usser. consentit in: absconsum, transiet, odiet.

Cum Amiatino et Ken. consentit scribendo filii in casu vocandi et fili in casu genitivo; domu passim scribit, ficos etiam et fructos.

Matth. xxv. 35, 38, collegistis Durm. et Ken., at collexistis Am.

Ut lectori copia sit de his et similibus iudicandi, varietatem orthographicam septem prioribus Matth. capitibus adnotavi.

Spicilegium Lectionum Cod. Durmach.

	Cod. Amiatinus.	*Cod. Durmachensis.*

EVANG. S. IOHAN.

c. i. 47.	ecce vere israhelita.	ecce uir israhelita.
v. 4.		* *om.*
13.	declinavit a turba constituta in loco.	declinavit turbam constitutam (= *Ken.*) in locum.
viii. 10.	sunt.	*add.* qui te accussabant (= *Vulg. Clem.*).
xix. 3.	alapas.	palmas (= *Usser.*).
xxi. 6.	invenietis.	* *add.* dixerunt autem per totam noctem laborantes nihil coepimus in verbo tuo autem mittemus.

EVANG. S. LUC.

vi. 35.	inde sperantes.	*desperantes (= *Usser. Ken.*).
ix. 55, 56.		*om.* et dixit *usq.* salvare (= *Ken. Fuld.*).
xi. 2.	regnum tuum.	*add.* fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra (= *Usser. Ken. all*).
3.	cotidie.	hodie (= *Usser. Ken. Vulg. Clem. all*).
xii. 49.	nisi accendatur.	si accendatur (= *Usser. Ken.*).
xix. 37.	descendentium.	dicentium.

EVANG. S. MARC.

vi. 3.	faber filius Mariae.	fabri filius et Mariae (= *Usser. Ken. all*).
vii. 20.	communicant.	quoinquinant (= *Ken.*).
xi. 21.	ficus cui maledixisti.	ficus cum maledixisti (= *Ken.*).

Codex Kenanensis (vulgo dictus *The Book of Kells*) septimi seu potius octavi saeculi litteris semi-uncialibus exaratus scripturae pulchritudine prae ceteris eminet, et litteris innumeris summa arte pictis fulget. Non meum est autem de his disserere; qui plura vult adeat Westwood (*Palaeographia Sacra Pictoria*); *National Manuscripts of Ireland*, vol. i., vel *Palaeographical Society's Facsimiles of MSS.* (Londini).

Scripturae pulchritudini textus sinceritas impar. Textum Hieronymianum praebet, aliquatenus lectionibus aliunde quaesitis admixtum. Varias lectiones etiam in contextum admittit; ex. gr. Luc. xxiii. 15 (vid. infra), cf. Marc. x. 30, et Matth. xiii. 15.

Quae de orthographia et formis grammaticis in cod. Durm. dixi eadem ferme de Ken. dicere licet. Hic quoque ut illic cum diaboli prima mentio fit, 'diabulo' scriptum est, postea autem 'zabulus' nisi bis terve 'diabulus' (Matth. xiii. 39; Luc. iv. 13).

Marc. vii. 20, quoinquinant Durm. et Ken.; baptismus, baptizo passim (baptismum Luc. iii. 3); puplicani et publicani; domu et domo; scandalís *pro* sandalis codices ambo Marc. vi. 9; cum *pro* cui ambo prima manu, Marc. xi. 21; thensau-

rus fere semper. Sunt etiam alia Kenanensi propria: gychenna, hipochritae (etiam chipochritae); cartam *pro* quartam; nubs *pro* nubes. Notandum etiam verbum beire, Matth. xxv. 42.

Saepe lineolam obliquam super vocales non longas tantum, sed etiam breves videmus; ex. gr. án, dá, tú, ámicis, ávari, ós, bós, nísi, óportuit, ápostoli, ánphoram, réx.

Duas habet interpretationes nominum, e quibus una, cuius pars prior tantum exstat, cum Usser. et Durm. consentit; alterius pars posterior exstat et haec quoque cum interpretatione altera in Durm. congruit. Breves causae quoque cum Durm. mire consentiunt. Ex. gr.

Matth. 14, de volatilia et lilia, D (*in marg.* lilis) de volatilibus et lilialibus, K.
,, 34, relasti *pro* revelasti, K = D.
,, 38, mater tua et fratres tui dicunt ad ihm̄ stant foris, K = D.
,, 41, de rete misam, K; de rete misā, D (ubi – delet, o in D marg. scripto).
,, 46, fimbriam vesti ihū, K = D (s *additur in* D *marg.*).
(Ordine perverso cap. 'de manibus lavandis' huic capitulo anteponitur, K = D).
,, 52, et de fide dicit sinapis granum, K = D.
Luc. 55, decim virilae si (*pro* laeprosi), K = D.
Ioh. 35, iterum apparuit ei increpat eum, D (*in marg.* ba).
iterum apparuit ei increbat eum, K.

Ordo argumentorum in Durm. hic est: Breves causae ev. sec. Matth. Arg. eiusdem. Breves causae ev. sec. Marc. Arg. eiusdem. Arg. ev. sec. Luc. Arg. ev. sec. Iohan. Haec ante textum evangeliorum. Deinde post evang. sec. Iohan. sequuntur (alia manu ut videtur) breves causae evv. sec. Luc. et sec. Iohan. nullo praeeunte titulo.

In cod. Ken. ordine simili legimus: Breves causas ev. sec. Matth., Arg. eiusdem. Breves causas ev. sec. Marc. Arg. eiusdem. Arg. ev. sec. Luc. Arg. ev. sec. Ioh. Breves causas ev. sec. Luc. (nullo titulo). Breves causas ev. sec. Ioh.

Credibile videtur codicem Durm. scribae Kenanensis in manibus fuisse. At e Marci capitulis xliv.–l. in Durm. praetermissa in Ken. leguntur. Margo autem Durmachensis quaedam deesse indicat.

Spicilegium Lectionum Codicis Kenanensis.

EVANG. S. MATTH.

	Cod. Amiatinus.	*Cod. Kenanensis.*
c. viii. 24.	fluctibus.	*add.* erat enim ventus contrarius illis.
x. 29.	vestro.	*add.* qui in caelis est.
xiii. 15.		*add.* et iterum *seq. altera interpr. ver.* 15.
55.	et Ioseph.	et Iohannis et Ioseph.
xiv. 2.	hic est Iohannes baptista.	numquid hic est Iohannes baptista quem ego decollavi (=*Db*, etc.).
35.	loci illius.	*add.* venerunt et adoraverunt eum.
xviii. 9.	uno oculo in vitam intrare quam duos oculos habentem.	unum oculum habere et ingredi in vitam quam duos oculos habere et.
10.	ex his pusillis.	de pusillis istis qui credunt in me.
21.	domine quoties peccabit in me frater meus et dimittam ei.	dñe, quoniam si peccaverit in me frater meus quoties dimittam ei.
xix. 1.	migravit.	transtulit se (= *Usser.*).
12.	castraverunt.	eunuchaverunt (= *Durm.*).
25.	auditis autem his discipuli mirabantur.	audientes autem discipuli mirabantur et timebant.
xxi. 31.	dicunt Novissimus (dicunt ei Primus *Vulg. Clem.*).	dicunt primus ei novissimus.
xxiii. 14.		*post ver.* 14 *add.* = *Vulg. Clem.*
xxv. 42.	potum.	* beire.

	Cod. Amiatinus.	Cod. Kenanensis.
c. xxv. 45.	uni de minoribus his.	* uni ex his fratrib: meis minimis ambulantibus in nomine meo.
xxvi. 25.	qui tradidit eum.	qui traditurus erat eum.
26.	et comedite.	edite ex hoc omnes.
26.	corpus meum.	*add.* quod confringitur pro saeculi vita.
28.	pro multis.	pro vobis et pro multis.
60.	invenerunt.	*add.* non invenerunt in eum quincam.
61.	templum.	hoc templum.
xxvii. 49.	liberans.	et liberaret.
49.		* *add.* alius autem pupungit latus eius et exiit aqua et sangis.
xxviii. 7.	ecce praedixi.	sicut dixit.

N. B.—xxvii. 38, XRI pictori potius quam scribae tribuendum cum tota pagina pictura sit.

EVANG. S. IOHAN.

iii. 6.		*add.* = *a.*
v. 4.		= *Vulg. Clem.*

EVANG. S. LUC.

i. 70.	prophetarum eius.	sanctorum profetarum suorum qui ab ino (= initio) (eo *Uss*$_2$) sunt (= *Uss*$_2$).
71.	salutem ex inimicis.	et liberavit nos ab inimicis (= *Usser.*, *Uss*$_2$).
ii. 1.	ut describeretur universus orbis.	ut censum profiterentur universi (omnes *Uss*$_2$) per orbem terrae (= *Uss*$_2$).
15.	quod fecit dominus et ostendit.	quod est sicut dominus ostendit.
22.	sisterent.	adsignarent.
iv. 18.	misit me.	*add.* sanare contritos corde (= *Uss*$_2$).
19.	visum.	visum restituere.
19.	confractos in remissionem.	confractos in requiem.
vi. 35.	nihil inde sperantes.	nihil desperantes (= *Durm.*).

	Cod. Amiatinus.	*Cod. Kenanensis.*
c. ix. 55, 56.		*om.* et dixit *usq.* salvare (= *Fuld. Durm. Uss*$_2$).
x. 15.	usque in caelum.	numquid in caelum.
24.	reges.	iusti.
xi. 4.	temtationem.	*add.* sed libera nos a malo (= *Usser. bc, all*).
xii. 49.	nisi accendatur.	si accendatur (= *Usser. Durm.* sic *Uss*$_2$).
xix. 37.	descendentium.	*idem.*
44.	super lapidem.	*add.* et venient in te universa (= *Uss*$_2$).
45.		*add.* = *cff Uss*$_2$.
xx. 34.	nubunt et traduntur ad nuptias.	nascuntur et generant nubunt et nubuntur et ducuntur ad nuptias (*usq.* nubuntur = *Usser.*, *Uss*$_2$ [nubentur]).
37.	dicit.	*add.* vidit in rubo (= *Uss*$_2$ [rubro]).
xxi. 6.	lapidem.	*add.* hic in pariete (= *Uss*$_2$).
xxii. 3.	vocatur.	cognominabatur (= *Durm. Uss*$_2$, cognominatur, *Usser.*).
27.		*add.* = *ace Uss*$_2$ *all.*
xxiii. 2.	nostram.	*add.* et solventem legem nostram [et *Uss*$_2$] profetas (= *Uss*$_2$).
15.	Herodes.	* *add.* in alio sic remissit eum ad vos.
25.	eorum.	*add.* susciperunt ergo Iesum et portans crucem ducebatur (= *ce*).
53.	fuerat.	*add.* et inposito eo inposuit monumento lapidem magnam.

EVANG. S. MARC.

i. 42.		*add.* et inspiciens Iesus austri vultu eicit eum.
iii. 15.		*add.* et ut circumeuntes praedicarent evangelium.
vi. 3.	faber filius Mariae.	fabri filius et Mariae (= *Usser. Durm. all*).

Cod. Amiatinus.		Cod. Kenanensis.
c. vi. 17, 18.		*om.* Philippi *usq.* uxorem (*ex homoeotel.*).
vii. 20.	communicant.	quoinquinant (= *Durm. Uss2*).
x. 30.		(*vide adnot. ad loc.*)
xii. 40.	viduarum sub obtentu prolixae orationis.	viduarum et pupillorum occasione longa orantes (= *Usser. all*).
xv. 8.	illis.	*add.* per diem sollempnem ut dimitteret unum.

Capitula sive Breves Causae Evangeliorum ex Codice Durmachensi cum Varietate Cod. Kenanensis.

INCIP. BREVES CAUSAE EVAN. SAECUND. MATTHEU.

[i]. Nativitas χpi in bethlem iudeae.
[ii]. Magi munera offerunt et infante[s] interficiuntur.
[iii]. Regressio ihū ex aegypto in nazareth.
[iiii]. De baptismo iohannis in iordane et χpi babtisma.
[v]. Ubi zabulus temptat ihm̄ et ieiunavit ihs̄ xl diebus.
[vi]. Ubi iohannis traditus est et secessit ihs̄ in cafarnaum.
[vii]. Ubi petrum et andream piscatores convocat.
[viii]. De beatitudine et caetera mandata ad discipulos suos loquitur.
viiii. Non venit ihs solvere legem sed adinplere.
x. Non moechandū.
xi. De dilectione inimicorum.
xii. De elimosinis nesciat sinistra tuā quid faciat dextera.
xiii. In ieiunis non contristandum et in oratione non multum loquendum et de thensauro in caelo.

Cod. Ken.

ix. nonnō. xii. *om.* tua.

xiiii. Nemo potest duob : dominis servire et de volatilia ˈet lilia et sollicitudine diei. lilis

xv. De fistuca et de trabe in oculo de margaretis non mittandis ante porcos.

xvi. Intrate per angustam portam et cavete a falsis prophetis.

xvii. Non omnis qui dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit in regnum caelorum et de domo aedificata super petram et harenam.

xviii. Descendens ihs̄ ˈleprosum mundavit. de monte

xviiii. Ubi puerum centurionis ihs̄ salvum fecit.

xx. Ubi socrum petri a febrib : liberavit.

xxi. Ubi quidam dixit magister saequar te et alio dixit ihs̄ saequere me et in navicula dormiens excitatur ad discipulis suis.

xxii. In terra gerasenorum legionem demoniorum eiecit.

xxiii. Ubi paraliticum iusit ire cum lecto suo et mattheum vocat de teloneo suo.

xxiiii. Non egent sani medicum sed male habentes.

xxv. Non ieiunant filii sponsi quamdiu cum illis est sponsus.

xxvi. Ubi mulier a profluio sanguinis curatur et filia principis a morte suscitatur.

xxvii. Ubi caecis oculos aperivit et surdū et mutum daemonium eiecit.

[xxviii]. Messis quidem multa operari autem pauci et dat apostolis potestatem curandi.

[xxviiii]. Nomina apostolorum dicit quos missit cum omni doctrina.

[xxx]. Si vos persaequuntur in viam civitatum fugite in aliam.

[xxxi]. Qui dilegit patrem aut matrem super me non est dignus.

[xxxii]. Iohannis ad ihm̄ de carcere missit et ihs̄ de iohanne ad turbas loquitur lex et profetae usq : ad iohannem.

[xxxiii]. Ubi inproperat chorozain et bethsaida civitatibus.

[xxxiiii]. Confiteor tibi dn̄e pater caeli et terrae qui abscondisti haec a sapientibus et relasti ea parvulis.

[xxxv]. Ubi discipuli spicas vellunt sabbatis.

[xxxvi]. Ubi manum aridam sanavit hominem a demonio caecum et mutum curavit.

[xxxvii]. Ubi scribae et farisaei signum petunt ab ihū.

[xxxviii]. Mater tua et fratres tui dicunt ad ihm̄ stant foris.

Cod. Ken.

xiiii. volatilibus et lilialibus.

xviii. *post* ihs̄ *add.* de monte.

xxi. ad = Dur.

xxii. demonium.

xxx. unam *pro* viam (*recte*).

[xxxviiii]. Sedens in navicula ihs̄ turbis parabulas exponit et de seminae super petram et spinas et in bona terra seminatum.
[xl]. De zizania in tritico de grano synapis et fermento.
[xli]. De thesauro absconso et de bona margarita et de rete misā in mare.ō
xlii. De iohannis capite in disco allatūm. ō
xliii. De quinq: panib: et duobus piscibus in quinque milia ūīho'num. 'mi
xliiii. Ubi super mare ambulat et petrum mergentem elevat.
xlv. De manib: lavandis et de his quae de ore exeunt quia coinquinant hominem non quae intrant.
[xlvi]. In terra gerasenorum multi curati sunt tangentes fimbriam vestī s ihū.
[xlvii]. De filia mulieris quam a demonio curavit.
xlviii. De septem panib: et paucis piscib: in quattuor milia virorum et sadducaei petunt ab ihū signum et de fermento farisaeorum et de aepiscupopatu petri super petrā.
[xlviiii]. Ubi dicit ihs̄ si quis vult post me venire tollat crucem suam et saequatur me.
l. Ubi in monte cum mose et helia apparet.
[li]. Et puerum lunaticum salvat.
lii. Et de fide dicit sinapis granum.
liii. De dragma dicit petro reddere de testare qui fuit in ore piscis.
liiii. De humilitate sicut piscēs puer et de manu et pede et oculo eruendo et de ove erratica.
lv. Et de correptione fratrum et indulgere alter alteri.
lvi. Qui conservum suum propter denarios centum suffocat.
lvii. Uxorem non debere dimitti et de spadonibus.
lviii. De divitae quod deficile intrabit in regnum caelorum.
lviiii. Et erunt primi novissimi et novissimi primi.
lx. De filiis zebedei et primis accubitis caenae.
lxi. De duob: caecis saecus viam sedentib: et cum ihs̄ sederet super pullum assinae nummularios iecit de templo.
lxii. De arbore ficus quae arida facta est et homo filios in vineam mittit.
lxiii. Parabulam de publicanis et meretricib: dicit de vinea locata colonis ubi interficiunt misos ad se et invitati contemnunt venire ad nuptias.

Cod. Ken.

xli. misam.
xlii. allato.
xlvi. vesti = Dur.
xlviii. piscisbus . . . de piscopatu.
liii. de statere.
liiii. sicut puer.
lviii. De dite.

lxiv. Reddite dn̄o quae sunt dī et caessari quae sunt caesaris.[1]

lxv. De muliere quae vii. fratres habuit et farisaeos interrogatos de χp̄o cuius filius esset.

lxvi. Quae farisaei dicunt ut fiant et quae faciunt non fiant.

lxvii. De prosylito de iuramento et de camello et culicae et calicae et cateno de monumentis dealbatis et de monumentis profetarum.

lxviii. Hyerusalem hyerusalem quae interficis profetas.

lxviiii. De pseudo χp̄o proximare diem novissimum et de brevitate vitae temporum et pseudoprofetis.

lxx. De decim virginib: et de talentis.

lxxi. De segregatione ovium et aedorum.

lxxii. De unguento mulieris quae perfudit caput ihū.

lxxiii. Et dicit ihs̄ ad discipulos suos quod unus eū traderet et de sacramento corporis sui et sanguinis dicit.

lxxiiii. Petro dicit quod tāer eum abnegaturus esset et oratio ihū ad patrem ubi iudas eum tradidit et petrus tertio abnegavit et lacrimatus est et ubi iudas laqueo se suspendit et de agro figuli et de passione dn̄ī ihū.

[lxxv]. De resurrectione ihū item de mandatis et de doctrina eius et de babtismo.

Finiunt breves causae evangelii saecundum mattheum.

Incipit argumentum evangelii saecundum mattheum.

. . . .

. . . .

Finit argumentum evangelii saecundum mattheum. Incipiunt breves causae saecundum marcum.

[i]. Et erat iohannis baptizans ihm̄ et venit super eum sps̄ dī et fuit ihs̄ in deserto temptatus.

[ii]. Et postquam traditus est iohannis praedicavit ihs̄ et vocavit discipulos et hominem ab spū inmundo curavit.

iii. Socrum petri a febrib: liberavit et quaerebant eum turbae ut salvarentur.

iiii. Rogavit ihm̄ laeprosus et mundavit.

[1] lxiv. n *in* dn̄o *eras.*

Cod. Ken.

lxiv. dō *pro* dn̄o.

lxviiii. seodoχp̄o . . . *om.* et *prius* . . . seodoprofetis.

(lxxii., lxxiii., lxxiiii., lxxv. *sola numerantur in* K.)

v. Et sanans paraliticum dixit ei tolle grabattum tuum et vade et iacob saecutus est ihm̄.

vi. Non est opus sanis medicus sed male habentib : et non possunt ieiunare filii sponsiōnīs sponso praesente.

vii. Discipuli vellentes spicas sabbatis manducabant.

viii. In sinagoga hominem habentem manum aridam sanavit.

viiii. Et cum multos infirmos sanavit apostolos nominatim vocavit.

x. Omne regum adversus se divisum non stabit et qui dixerit in spū
sc̄o non remittetur ei et hii sunt fratres mei qui faciunt volunta-
xi. tem patris mei Et ecce exiit qui seminat seminare et dum semi-
nat et caetera.

xii. Homo missit semen et cum dormit et exiit semen et fecit spicam et missit falcem.

xiii. Et dormiens in navicula ihs̄ facta tempestate excitatus conpiscuit ventos et mare.

xiiii. In regione gerasenorum hominē a legione mundavit.

xv. Et cum filiam principis a mortuis salvaret mulierem a profluio sanguinis sa̅ngu̅ini̅s salvat.

xvi. Non est profeta acceptus in patria sua.

xvii. Et missit duodecim discipulos ut praedicarent et curarent infirmos.

xviii. Et hierodis decolavit iohannem et venerunt ad ihm̄ discipuli et reficit eos.

xviiii. De quinq : panib : in quinq : milia hominum.

xx. Ubi super fluctus ambulavit et infirmos curavit.

xxi. Non lotis manib : edere non quoinquinat hominem.

xxii. Non licet tollere panem filiorum et dare canib : et mundata est puella a demonio.

xxiii. Hominem sordum et mutum curavit ut audiret et loqueretur.

xxiiii. De VII. panib : in quattuor milia hominum cavete a fermento farisaeorum et caecus dixit video homines ut arbores.

xxv. Et dixit ihs quem me dicunt homines esse et dixit qui vul[t]me sequi tollat crucem suam.

xxvi. Et in monte visi sunt cum ihū moyses et helias.

Cod. Ken.

v. iacob = Dur.

vi. sponsi.

x. regnum.

xi. et seminare.

xv. sanguinis *semel.*

xviii. herodis . . . refecit.

xxiii. mudum.

xxvii. Puerum a demonio mundavit quem discipuli non potuerunt·′ ·′eiecere.

xxviii. Dixit ei iohannis vidimus quendam eicentem daemonia qui non saequitur nobiscum et de manu et pede et oculo eruendo.

xxviiii. Non debere dimitti uxorem et suscipere regnum ut puer.

xl. Qui pecuniam habent deficile intrabunt in regnum caelorum.

xli. Qui voluerit in vobis esse primus erit omnium servus.

xlii. Quendam caecum bartimeam sedentem saecus viam inluminavit ihs̄. : turbae clamabant ossana. ·′ đ.

xliii. Sedentem ihm̄ super pullum assinae′·: miserat quadrantem in gazo filacio.

xliiii. Et cum diceret de lapidib : templi designavit novissimum tempus.

lii. Et mulier quaedam cum perfunderet ihm̄ unguento abiit iudas ut traderet eum et manducavit ihs̄ cum discipulis pascha.

liii. Et dixit ihs̄ hoc est corpus meum et sangues qui pro multis effunditur.

liv. Et cum dixisset petro ter me negabis ait orate ne veniatis in temptationem.

lv. Cum duceretur ihs̄ ad caifan quidam saequebatur ā·d·f·e[i]ctus sindonem et ductus est ihs̄ ad passionem.

lvi. Post resurrectionem apparuit apostolis et dixit qui crediderit et baptizatus fuerit salvabitur qui non crediderit damnabitur et receptus in caelis dn̄s.

Expliciunt capitula marci.

xliii. *marg.* đ *i.e.* desunt.

COD. KEN.

xxvii. *Post* discipuli *add.* eiecere.

xl. regna.

xlii. bartimeam = Dur.

xliii. *Post* asinae *add.* turbae clamabant ossanna (= Dur. *marg.*) *deinde quae in* Dur. *desunt suppeditat, videlicet:*

Cum maledixit ihs̄ arborem ficus et vendentes eiciebat de templo.

Baptisma iohannis de caelo fuit an ex hominibus.

De vinea et colonis qui occiderunt heredem.

Reddite quae dī sunt dō et quae caesaris caesari.

De septem fratribus qui unam uxorem habuerunt et dilegere dm̄ et proximum.

Et cum interrogaret de χp̄o cuius filius sit dixit cavete a scribis.

Et laudavit ihs̄ viduam quae.

lv. amictus syndonem.

Incipit argumentum evangelii saecundum marcum.

. . . .

. . . .

[i]. Zachariae sacerdotii apparuit angelus et adnuntiavit ei filium iohannē et idem mariae adnuntiavit angelus filium ihm̄.

ii. Nativitatem ihū adnuntiat angelus pastorib :

iii. Et accepit simeon puerum ihm̄ et benedixit dm̄ et de anna profetissa.

iv. Annorum duodecim ihs̄ in templo docebat seniores.

v. Ubi iohannis baptizat populum baptismum paenitentiae.

vi. Et baptizatus ihs̄ ab iohanne fuit fere annorum .xxx qui putabatur esse filius iosef et generatio usq: ad adā qui fuit filius dī et in deserto agebatur a zabulo temptatus ieiunavit xl diebus.

vii. Et in nazareth legit ihs̄ librum eseiae et dixit non est acceptus profeta in patria sua.

viii. In senagoga hominem habentē daemonium mundavit.

viiii. Ubi apostolis dicit venite faciam vos piscatores hominum.

x. Ubi laeprosus rogavit ihm̄ et mundavit eum.

xi. Paraliticum curavit dn̄s q̄uī tollens gravattum suum abiit in domum suam.

xii. Et saecutus est ihm̄ publicanus nomine levi et dixit ihs̄ nemo mittit vinum novum in utres veteres.

xiii. Die sabbati discipuli vellebant spicas et manducabant.

xiiii. Et in sinagoga ihs̄ curavit hominem habentem manum aridam.

xv. Ubi discipulos elegit et nomina eorum designat et docet beatitudinē.

xvi. De fistucae et trabae de oculo eruendo et de domo aedificata super petram et harenam.

xvii. Ubi centurionis servum curavit ihs̄.

xviii. Mortuum unicū filium viduae resuscitat ihs̄ et matri restituit.

xviiii. Iohannis de carcere ad ihm̄ mittit dicens tu es qui venturus es et ihs̄ ad turbas de iohanne loquitur.

xx. Recumbens ihs̄ in domum farisaei quaedam mulier ingressa lacrimis lavit pedes eius et capillis tergens osculabatur et unguebat unguento.

Cod. Ken.

Etiam in Ken. *deest titulus ; spatium autem quod titulo satis esset vacuum manet.*

i. sacerdotii = Dur.

iii. accipit.

xi. grabattum.

xx. *om.* unguebat.

xxi. Proponit parabulam seminantis et adaperit eam discipulis suis et nuntiabatur ei mater et fratres eius qui foris stant.

xxii. Et dormiente ihū in navicula facta est tempestas et rogatus a discipulis conpescuit mare et siluit.

xxiii. In regione gerasenorum demoniorum legio rogat ihm̄ ut exeuntes de homine eant in porcos.

xxiiii. Filiam principis resuscitat ihs̄ et mulierem a profluio sanguinis salvat.

xxv. Potestatem dat dn̄s discipulis suīs daemonia expellere et languores sanare.

xxvi. De quinque panib: et duob: piscibus in quinque milia virorum.

xxvii. Interrogat ihs̄ discipulos quem eum dicerent et dicit qui vult tollat crucem suam et saequatur me In monte loquebatur cum moyse et helia discendens ihs̄ de monte puerum a demonio curavit et docebat humilitatem sicut pueros fieri de quodam prohibito qui non saequebatur ihm̄.

xxviii. Dixerunt iacob : et iohannes dn̄e si vis petimus ignē ut petit helias de caelo.

xxviiii. Et ait quidem ad ihm̄ sequar te et alio dicit sequere me et sine mortuos saepelire mortuos suos et caetera.

xxx. Et designavit ihs̄ lxxii et mandata eis dedit inproperat civitatib :

xxxi. Et reversi lxxii cum gaudio et dixit eis ihs̄ gaudete quia nomina vestra scribta sunt in caelo et confessio ihm̄ ad patrē.

xxxii. Hominis parabulam discendentis ab hyerusalē in hyericho et incidit in latrones.

xxxiii. Dixit ihs̄ marthae maria obtimam partem elegit.

xxxiiii. Et petitus dn̄s docuit discipulos orare et proponit parabulam petentis tres panes et dicit petite et accipietis.

xxxv. Et cum diceretur quod in belzebul eiecit daemonia dixit omne regnum divissum adversus se non stabit.

xxxvi. De signo ionae profetae et lucerna corporis tui est oculus tuus.

xxxvii. De calicae et catino mundatis farisaei a foris.

xxxviii. De primas cathedr | et monimenta profetarum inproperat dn̄s farisaeis.

xxxviiii. Dicit discipulis adtendite a fermento farisaeorum et quid dixerit in spū sc̄o non remittetur ei et nolite cogitare quid loquemini.

Cod. Ken.

xxv. suis *non delet*. . . . demonio. xxxviii. = Dur.
xxxi. ihm̄ = Dur. xxxix. quid dixit = Dur.

[xl]. Hominis divitis uberes fructus adtulit possessio.

xli. Nolite solliciti esse animae quid opus sit et lilia agri nolite timere pussillus grex et servo quem constituit dn̄s super familiam suam ut det eis cybaria.

xlii. Non veni pacem mittere sed gladiū da operam liberari ab adversario dum es cum illo in via et venit ad arborem ficus plantatam in vineam quae non fecit fructus per annos tres.

xliii. De sanguine galilaeorum quem miscuit pylatus cum sacrificis.

xliiii. Mulierem ab infirmitate annorum octodecim sanavit ihs̄. Iterum de grano sinapis et fermento absconso in farinā.

xlv. Filii regni expelluntur et erunt novissimi primi.

xlvi. Hyerusalem hyerusalem quae occidis profetas.

xlvii. Ubi hidropicū ihs̄ curavit et dilegere primos accubitos et ad caenam et '· divites sed pauperes rogari. '· non

xlviii. De eo qui voluit turrem aedificare et bonum est sal.

xlviiii. De ovae quae erraverat dicentis et mulier quae perdiderat decim dragmas.

l. Homo quidam habuit duos filios et divissit eis substantiam suā.

li. De vilico iniquitatis quod prudenter fecit.

lii. Nemo potest duobus dominis servire qui dimittit uxorem et aliam ducit moechatur.

liii. De quodam divitae et elazaro et per quem venit scandalum bonū illi erat non nasci.

liiii. Si peccaverit frater tuus corripe eum et dixerunt discipuli auge nobis fidem et dicit de servo arante.

lv. Decim virilae si mundati sunt e quib: unus gratias egit dō.

lvi. Sic veniat regnum dī sicut fuit in dieb: noe et ubi fuerit corpus veniunt aquilae.

lvii. De iudicae iniquitatis et cum venerit filius hominis putas inveniet fidem.

lviii. Duo homines ascenderunt in templo orare et accipiendum regnum dī sicut puer.

lviiii. Facilius est camellū per foramen acus transire adventū passionis dicit.

lx. Et caecum saecus viam sedentem inluminat.

COD. KEN.

xliiii. farina.

xlvii. non *pro* et (*recte*).

[xlviii]. dicentes.

l. substantiam.

lvi. veniet.

lxi. De zaccheo puplicano statu minimo.
lxii. Homo dives abiit accipere regnum et dedit servis decimnas.
lxiii. De asina et pullo dixit ihs̄ si hii tacuerint lapides clamabunt et flevit super hierusalem et de templo eiecit vendentes.
lxiiii. Et interrogavit ihs̄ baptismum iohannis unde erat.
lxv. Ubi coloni occid dn̄m̄ vinae et dat vineam aliis.
lxvi. Reddite quae cessaris sunt caesari et quae dī sunt dō.
lxvii. Septem fratres qui unam uxorem habuerunt et sp̄s si filius david fuit interrogat.
lxviii. Et respicens vidit quae mittebantur in gazofilacio.
lxviiii. Ponite in cordib: vestris non praemeditari in illa hora quid loquamini.
lxx. De arbore ficus di^s^cite similitudinem quia prope est in ianuis.
lxxi. Introvit satanas in cor iudae ut traderet ihm̄.
lxxii. Et missit dn̄s discipulos et paruerunt pascha dixit sacramentum corporis et sanguinis sui qui vult in vobis esse maior erit minister.
lxxiii. Qui habet saccellum tollat et peram et qui non habet vendat tunicā et emat gladium.
[lxxiiii]. Et cum in monte solus orasset dixit discipulis orate ne intretis in temptationem.
[lxxv]. Et dixit ihs̄ iudae osculo filium hominis tradis.
lxxvi. Et dixerunt ad ihm̄ principes sacerdotum si tu es χp̄s dic nobis et obtulerunt eum pylato et herodi.
lxxvii. Et in passione dixit ihs̄ pater dimitte illis quia nesciunt et uni de latronibus dicit hodie mecum eris in paradiso.
lxxviiii. Post resurrectionē apparuit ihs̄ duobus euntib: ad villam et apostolis et benedicens eos ascendit in caelis.

Iohannis testimoniū peribet de χp̄o dicens non sum dignus corrigiam calciamenti eius solvere.
ii. Item iohannes dicit ecce agnus dī qui tollit peccatum mundi.
iii. Et ostendit ihs̄ discipulis suis ubi maneret et saecuti sunt eum.
iiii. Ubi ihs̄ de aqua vinū fecit in channa galileae.
v. Et eiecit ihs̄ de templo omnes vendentes et dixit domus orationis est domus patris mei.

Cod. Ken.

lxi. puplicanorum.
lxii. decimnas = Dur.
lxv. occiderunt.
lxvii. χp̄s *pro* sp̄s . . . *om.* si.
lxxi. introivit.
lxxii. paraverunt.
lxxiii. *om.* saccellum.

vi. Qui non renatus fuerit de novo ex aq[ua] et spū scō non intrabit in regnum dī.

vii. Ubi baptizat ihs̄ et dixit iohannis discipulis ego non sum χp̄s.

viii. Ubi saecessit ihs̄ a iudaea et venit in samariam.

viiii. Sedens super puteum mulierem samaritanam petit bibere et dicit discipulis suis alii laboraverunt et vos in laborem ipsorum introistis.

[x]. Omnis profeta sine honore est in patria sua ubi filium reguli sanavit.

[xi]. In porticu solomonis ad natatoriam piscinam hominem ab infirmitate annorum xxxviii sanavit.

[xii]. De quinque panib: ordiacis et duob: piscibus ubi volunt eum tenere in regem et fugit et venit ad discipulos suos ambulans supra mare et dixit ego sum panis vitae.

[xiii]. Cum aliqui de discipulis abirent retro dixit numquid et vos vultis ire.

xiiii. Et dixerunt ad ihm̄ fratres eius vade hinc in iudaeam et dixit ih nolite iudicare saecundum faciam quaeritis me et ubi sum non potestis venire.

xv. Qui sitit veniat et bibat sicut scriptum est.

xvi. Adducunt ad eū mulierem in adulterio depraehensam.

xvii. Et dicit ihs̄ iudaeis cum exaltaveritis filium hominis cognoscetis quia ego sum et ante abracham ego sum.

[xviii]. De caeco a nativitate cui linuit oculos et dixit vade ad siloam.

[xviiii]. Ego sum pastor bonus qui pono animam meam pro ovib: meis.

xx. Dicunt ei pharisaei si tu es χp̄s dic nobis palam.

xxi. Ubi lazarum resuscitat quarta die.

xxii. Et accepit maria unguentum et uncxit pedes ihū et farisaei volebant occidere lazarum.

xxiii. Et turbae acciperunt flores palmarum et dicebant ossanna et dicebat ihs̄ qui amat animam suam perdet eam.

xxiiii. Cum multa signa[fe] cisset ihs̄ diceb[at] ego lux in hunc mundum veni.

xxv. Ubi ihs̄ pedes discipulorum lavit.

Cod. Ken.

x. est in patria est.
xi. portico.
xii. et tenebrae *pro* tenere.
xv. *om.* veniat et bibat sicut.
xvii. dixit.
xxii. accipit.
xxiii. dicebant ihs̄.

xxvi. Et cum exiret iudas ut traderet ihm̄ dixit ei ihs̄ quod facis fac caelerius.

xxvii. Et cum dicit ihs̄ discipulis suis diligite invicem vos et petro dicit ter me negabis ego sum via et veritas.

xxviii. Si dilegitis me praecepta mea custodite et ego rogabo patrem meum et mittit vobis spm̄ veritatis.

xxviiii. Ego sum vitis vera et pater meus agricola si me diligeritis gauderetis quia vado at patrem.

[xxx]. [V]eniet hora ut qui vos occiderit putet se obsaequium dō facere et tristitiā habebitis sed iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum.

[xxxi]. Et elevatis oculis ihs̄ dixit pater clarifica filium tuum.

[xxxii]. Pater scē serva eos in nomine tuo id et discipulo.

[xxxiii]. Et duxerunt ihm̄ ad annam et caifā et ad pilatum.

[xxxiiii]. Et de cruce dixit ihs̄ discipulo quem diligebat ecce mater tua.

[xxxv]. Post resurrectionem apparuit ihs̄ discipulis et non credebat thomas et iterū apparuit et increpát eum. /· ta

[xxxvi]. Et cum tertio manifestaret se ihs̄ discipulis et ait petro dicens ter pasce oves meas et saequere me.

† [*Sequuntur quae* p. xv. *citavi.*]

Cod. Ken.—xxxii. discipulos.

CORRIGENDA.

Pag. 19, lin. 3, *a fine pro* gyehennam *legendum* gychennam.

,, 131, ,, 16, *pro* χρ̄ . . . χρς̄.

,, — ,, 17, ,, ante . . . aute.

,, 135, ,, 8, ,, iuquitis . . . inquitis.

,, 144, ,, 3, *a fine* ,, *tert.* . . . *sec.*

,, 149, ,, 10, ,, nia . . . uia.

,, — ,, 12, ,, sue . . . suo.

,, 169, ,, 9, ,, adpropriavit . . . adpropiavit.

,, 180, ,, 4, *a fine* ,, exeuntes . . . exuentes.

,, 193, ,, 8, ,, quidem . . . quidam.

,, — ,, 9, ,, civitarem . . . civitatem.

,, 223, ,, 19, ,, alterutorum . . . alterutrum.

,, 230, ,, 6, ,, qui . . . quia.

,, 231, ,, 11, ,, ambulu . . . ambula.

,, 255, ,, 11, ,, turbo . . . turba.

,, 259, ,, 3, ,, adpraebendere . . . adpraehendere.

,, — ,, 7, ,, ista . . . iste.

,, — ,, 14, ,, alteratrum . . . alterutrum.

,, 276, ,, 8, ,, dicebat . . . dicebant.

,, 278, ,, 13, ,, eis . . . eius.

,, 279, ,, 2, ,, in . . . iu.

,, 307, ,, 2, ,, perhibebet . . . perhibebat.

,, 341, ,, 18, ,, hunc . . . nunc.

,, 355, ,, 3, ,, uidaeis . . . iudaeis.

,, 480, ,, 8, ,, cognovisset . . . cognovissent.

,, 490, ,, 15, ,, recepi . . . recipit.

,, 495, ,, 21, ,, uetro . . . retro.

,, 508, ,, 9, ,, tuam . . . tuum.

,, 520, ,, 3, ,, *ante* Post *inserendum* 44.

,, 587, ,, 21, ,, theusaurum . . . thensaurum.

,, 642, ,, 2, ,, eam . . . eum.

,, 672, ,, 5, ,, quia . . . qui.

,, 692, ,, 1, ,, taci . . . tace.

,, 728, ,, 14, ,, quia . . . qui,

,, 758, ,, 9, ,, vinea . . . vineae.

EVANGELIUM

SECUNDUM MATTHAEUM

SECUNDUM MATTHAEUM.

(*HIAT CODEX DUBLIN. USQUE AD CAP. XV.*, *v.* 16.)

VERSIO VULGATA

EX CODICE AMIATINO.

I.

1 LIBER generationis Iesu Christi filii David
filii Abraham. 2 Abraham genuit Isaac, Isaac
autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam
et fratres eius. 3 Iudas autem genuit Phares et
Zarad de Thamar, Phares autem genuit Esrom,
Esrom autem genuit Aram, 4 Aram autem ge-
nuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naasson,
Naasson autem genuit Salmon, 5 Salmon autem

CODEX DURMACHENSIS.—Evangelium saecundum Matthe-[um]. 1 Abracham (*et* 2 *ita semper*). 3 Zaram.

CODEX KENANENSIS.—I. 1 Abracham (*et* 2).. Isac. 3 fhares (*bis*) . . Zarad. 4 Aras . . . Naason . . . Salamon.

genuit Booz de Racab, Booz autem genuit Obeth
ex Ruth, Obeth autem genuit Iesse, Iesse autem
genuit David regem. 6 David autem rex genuit
Salomonem ex ea quae fuit Uriae, 7 Salomon
autem genuit Roboam, Roboam autem genuit
Abiam, Abia autem genuit Asa, 8 Asa autem
genuit Iosaphat, Iosaphat autem genuit Ioram,
Ioram autem genuit Oziam, 9 Ozias autem genuit
Ioatham, Ioatham autem genuit Achaz, Achaz au-
tem genuit Ezechiam, 10 Ezechias autem genuit
Manassem, Manasses autem genuit Amon, Amon
autem genuit Iosiam, 11 Iosias autem genuit
Iechoniam et fratres eius in transmigratione Ba-
bylonis. 12 Et post transmigrationem Babylonis
Iechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit
Zorobabel, 13 Zorobabel autem genuit Abiud,
Abiud autem genuit Eliachim, Eliachim autem ge-

5 (*om.* autem *sec.*) 11 (*transmigrationem*).

Codex D.—5 Rachab. 8 Iosafat (*bis*). 11 Babilonis (*et* 12, 17). 13 Abiut (*bis*).

Codex K.—5 Rachab. 6 Salamonem. 7 Asam. 8 Iosafat (*bis*) . . . Ioras autem. 9 Ioatham autem . . . Acham, Achas. 10 Manassem . . . Amos (*bis*). 11 transmigrationem Babilonis (*sic et* 12, 17). 11 Iaec[h]oniam. 12 Sorobabiel, Sorobabel.

nuit Azor, 14 Azor autem genuit Saddoc, Saddoc
autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud,
15 Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem
genuit Matthan, Matthan autem genuit Iacob,
16 Iacob autem genuit Ioseph virum Mariae, de
qua natus est Iesus qui vocatur Christus. 17 Om-
nes ergo generationes ab Abraham usque ad Da-
vid generationes quattuordecim, et a David usque
transmigrationem Babylonis generationes quat-
tuordecim, et a transmigratione Babylonis usque
ad Christum generationes quattuordecim.

2 18 Christi autem generatio sic erat. Cum
esset desponsata mater eius Maria Ioseph, ante
quam convenirent inventa est in utero habens de
spiritu sancto. 19 Ioseph autem vir eius, cum
esset iustus et nollet eam traducere, voluit oc-
culte dimittere eam. 20 Haec autem eo cogi-
tante, ecce angelus domini in somnis paruit ei
dicens Ioseph filii David, noli timere accipere
Mariam coniugem tuam : quod enim in ea natum

CODEX D.—15 Eliazar (*bis*). 17 Abracham (*om.* ab) . . . . usque ad transmigrationem. 19 nolet. 20 apparuit.

CODEX K.—15 Mathan, Mathas autem. 17 Abracham. 18 disponsata. 19 iustus nolet. 20 sompnis (*ita semper*) apparuit.

est, de spiritu sancto est. 21 Pariet autem filium,
et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvum
faciet populum suum a peccatis eorum. 22 Hoc
autem totum factum est ut adimpleretur id quod
dictum est a domino per prophetam dicentem
23 Ecce virgo in utero habebit et pariet filium,
et vocabunt nomen eius Emmanuhel, quod est
interpretatum Nobiscum deus. 24 Exsurgens
autem Ioseph a somno fecit sicut praecepit ei
angelus domini, et accepit coniugem suam.
25 Et non cognoscebat eam donec peperit filium
suum primogenitum, et vocavit nomen eius
Iesum.

II.

1 Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem
Iudeae in diebus Herodis regis ecce magi ab
oriente venerunt Hierosolymam 2 dicentes Ubi
est qui natus est rex Iudaeorum? vidimus enim

CODEX D.—23 Emanuel. 24 praecipit . . . . coiugem. II. 1 Bethlem (*et* 6, 8, 16) Iudeae . . . horiente (*et* 2 *non* 9) in Hyerusolumam.

CODEX K.—22 per Isaiam profetam. 23 Emanuel. 24 sumpno . . . . praecipit . . . accipit coiugem. 25 unigenitum. II. 1 Bethlem (*et* 6, 8, 16) Iudae . . . in Hyerusolimam.

stellam eius in oriente, et venimus adorare eum.
3 Audiens autem Herodes rex turbatus est, et
omnis Hierosolyma cum illo. 4 Et congregans
omnes principes sacerdotum et scribas populi,
sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. 5 At
illi dixerunt ei In Bethleem Iudeae. Sic enim
scriptum est per prophetam 6 Et tu Bethleem
terra Iuda, nequaquam minima es in principibus
Iuda: ex te enim exiet dux qui reget populum
meum Israhel. 7 Tunc Herodes clam vocatis
magis diligenter didicit ab eis tempus stellae
quae apparuit eis, 8 et mittens illos in Bethleem
dixit Ite et interrogate diligenter de puero; et cum
inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens
adorem eum. 9 Qui cum audissent regem, abie-
runt. Et ecce stella, quam viderant in oriente,
antecedebat eos usque dum veniens staret supra
ubi erat puer. 10 Videntes autem stellam gavisi
sunt gaudio magno valde, 11 et intrantes do-

Codex D.—3 Hyerusolima (*ita semper*). 5 *om.* ei . . . Bethlem Iudeaae . . . profetam. 7 clam occultae vocatis. 8 *om.* et *sec.* . . . . inveneretis. 10 gavissi.

Codex K.—II. 3 auchtem Hyeruodis. 5 *om.* ei. 7 clam occultae vocatis. 8 eos *pro* illos . . . inveneretis eum . . . adorare.

mum invenerunt puerum cum Maria matre eius,
et procidentes adoraverunt eum, et apertis the-
sauris suis obtulerunt ei munera, aurum tus et
murram. 12 Et responso accepto in somnis ne
redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt
in regionem suam.

13 Qui cum recessissent, ecce angelus domini
apparuit in somnio Ioseph dicens Surge et accipe
puerum et matrem eius et fuge in Aegyptum, et
esto ibi usque dum dicam tibi: futurum est enim
ut Herodes quaerat puerum ad perdendum eum.
14 Qui consurgens accepit puerum et matrem
eius nocte et recessit in Aegyptum, 15 et erat
ibi usque ad obitum Herodis; ut adimpleretur
quod dictum est a domino per prophetam dicen-
tem Ex Aegypto vocavi filium meum.

16 Tunc Herodes videns quoniam inlusus esset
a magis iratus est valde, et mittens occidit omnes
pueros qui erant in Bethleem et in omnibus fini-

Codex D.—11 mairia . . . . obtulerunt . . . . procedentes. 13 regressi sunt (**ut. vid.;* regressisent**) . . . somnis . . . Herodis (*et* 16). 16 saecundum (*ita semper*) . . . exquissierat.

Codex K.—11 procedentes. 12 sed per . . . regresi sunt. 13 regresisent . . . sompnis . . Herodis (*et* 16) . . puerum istum 14 accipit. 16 omnes infantes . . . saecundum.

bus eius, a bimatu et infra, secundum tempus
quod exquisierat a magis. 17 Tunc adimpletum
est quod dictum est per Hieremiam prophetam
dicentem 18 Vox in Rama audita est, ploratus
et ululatus multus: Rachel plorans filios suos, et
noluit consolari, quia non sunt.

[3] 19 Defuncto autem Herode, ecce apparuit
angelus domini in somnis Ioseph in Aegypto
20 dicens Surge et accipe puerum et matrem
eius et vade in terram Israhel: defuncti sunt enim
qui quaerebant animam pueri. 21 Qui surgens
accepit puerum et matrem eius et venit in ter-
ram Israhel. 22 Audiens autem quia Archelaus
regnaret in Iudaea pro Herode patre suo, timuit
illuc ire, et admonitus in somnis secessit in partes
Galilaeae. 23 Et veniens habitavit in civitate
quae vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod
dictum est per prophetas quoniam Nazareus vo-
cabitur.

Codex D.—17 Heremiam . . . . . . consulari (*ita semper*). 22 Archilaus . . . . saecessit.

Codex K.—17 Heremiam . . . consulari (*ita semper*). 21 consurgens accipit. 22 autem quod Archilaus . . . irae. 23 civitatem . . . vocabit.

III.

[4] 1 In diebus autem illis venit Iohannes bap-
tista praedicans in deserto Iudaeae 2 et dicens
Paenitentiam agite: adpropinquavit enim regnum
caelorum. 3 Hic est enim qui dictus est per
Esaiam prophetam dicentem Vox clamantis in
deserto Parate viam domini, rectas facite semitas
eius. 4 Ipse autem Iohannes habebat vestimen-
tum de pilis camelorum et zonam pelliciam circa
lumbos eius; esca autem eius erat lucustae et mel
silvestre. 5 Tunc exiebat ad eum Hierosolyma
et omnis Iudaea et omnis regio circum Iordanen,
6 et baptizabantur in Iordane ab eo confitentes
peccata sua. 7 Videns autem multos Pharisaeo-
rum et Sadducaeorum venientes ad baptismum
suum dixit eis Progenies viperarum, quis demon-

Codex D.—III. 1 *om.* autem . . . . Iohannis babtista . . . . Iudeae. 3 dicatus* . . . Essiam. 4 Iohannis (*ita semper*) . . . camellorum . . . lumbos suos . . . silvestrae. 5 babtizabantur. 7 farisaeorum . . . babtismum (*ita passim*).

Codex K.—III. 1 In illis diebus uenit . . . Iudeae penitentiam. 3 Esseaiam. 4 Iohannis (*ita semper*) . . . . pillis camellorum . . . lumbos suos . . . silvestrae. 5 exibat . . . . Hyerusolima . . . . Iudea.

stravit vobis fugere a futura ira? 8 Facite ergo
fructum dignum paenitentiae, 9 et ne velitis di-
cere intra vos Patrem habemus Abraham; dico
enim vobis quoniam potest deus de lapidibus istis
suscitare filios Abraham. 10 Iam enim securis ad
radicem arborum posita est; omnis ergo arbor
quae non facit fructum bonum excidetur et in
ignem mittetur. 11 Ego quidem vos baptizo in
aqua in paenitentiam; qui autem post me ventu-
rus est, fortior me est, cuius non sum dignus cal-
ciamenta portare: ipse vos baptizabit in spiritu
sancto et igni. 12 Cuius ventilabrum in manu
sua, et permundabit aream suam, et congregabit
triticum suum in horreum, paleas autem combu-
ret igni inextinguibili.

13 Tunc venit Iesus a Galilaea in Iordanen ad
Iohannem ut baptizaretur ab eo. 14 Iohannes
autem prohibebat eum dicens Ego a te debeo

11 (*baptizavit*). 12 (*permundavit*).

Codex D.—8 poenitentiae (*ita semper*). 9 vellitis .... filios Abrachae. 11 babtizavit. 12 cumburet. 13 Galilea (*ita semper*).

Codex K.—9 vellitis ...... ex lapidibus .... Abrahae. 10 possita. 12 conburet. 13 Iohanem.

baptizari, et tu venis ad me? 15 Respondens
autem Iesus dixit ei Sine modo: sic enim decet
nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum.
16 Baptizatus autem confestim ascendit de aqua,
et ecce aperti sunt ei caeli, et vidit spiritum
dei descendentem sicut columbam venientem su-
per se. 17 Et ecce vox de caelis dicens Hic est
filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

IV.

[5] 1 Tunc Iesus ductus est in desertum ab spi-
ritu ut temptaretur a diabolo. 2 Et cum ieiunasset
quadraginta diebus et quadraginta noctibus, pos-
tea esuriit. 3 Et accedens temtator dixit ei Si
filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. 4 Qui
respondens dixit Scriptum est Non in pane solo
vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de
ore dei. 5 Tunc assumsit eum diabolus in sanc-

Codex D.—16 autem cumfestim . . . discendentem. 17 conplacui. IV. 1 a spū . . . diabulo. 2 essuriit. 5 adsumpsit . . . zabulus . . . super.

Codex K.—15 inplere . . . dimissit. 16 autem Iesus . . . discendentem de caelo. 17 bene complacui. IV. 1 a spiritu . . . diabulo. 3 accedens ad eum. 5 adsumpsit (*et* 8) . . . zabulus (*ita* 8, 11).

tam civitatem et statuit eum supra pinnaculum
templi, 6 et dixit ei Si filius dei es, mitte te
deorsum: scriptum est enim quia angelis suis
mandavit de te, et in manibus tollent te, ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum. 7 Ait illi Iesus
Rursum scriptum est Non temtabis dominum
deum tuum. 8 Iterum assumit eum diabolus in
montem excelsum valde, et ostendit ei omnia
regna mundi et gloriam eorum, 9 et dixit illi
Haec tibi omnia dabo, si cadens adoraveris me.
10 Tunc dicit ei Iesus Vade satanas: scriptum
est Dominum deum tuum adorabis et illi soli
servies. 11 Tunc reliquit eum diabolus, et ecce
angeli accesserunt et ministrabant ei.

[6] 12 Cum autem audisset quod Iohannes
traditus esset, secessit in Galilaeam, 13 et relicta
civitate Nazareth venit et habitavit in Capharnaum
maritimam in finibus Zabulon et Nephthalim;
14 ut impleretur quod dictum est per Esaiam pro-

CODEX D.—6 filius es dī. 8 adsumpsit . . . . . zabulus. 11 zabulus. 13 Cafernaum . . . . . neptalium. 14 Essaiam.

CODEX K.—10 vade retro . . . scriptum est enim. 12 audisset Iesus . . . seccesit . . . Galileam (*ita passim*). 13 Cafarnaum . . . Neptalim. 14 inpleretur . . . Essaiam profetam dicentem.

phetam 15 Terra Zabulon et Nephthalim, via
maris trans Iordanen, Galilaeae gentium, 16 po-
pulus qui sedebat in tenebris lumen vidit magnum,
et sedentibus in regione et umbra mortis, lux orta
est eis. 17 Exinde coepit Iesus praedicare et
dicere Paenitentiam agite: adpropinquavit enim
regnum caelorum.

[7] 18 Ambulans autem iuxta mare Galilaeae
vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus et
Andream fratrem eius, mittentes rete in mare;
erant enim piscatores. 19 Et ait illis Venite
post me, et faciam vos fieri piscatores hominum.
20 At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.
21 Et procedens inde vidit alios duos fratres, Ia-
cobum Zebedaei et Iohannem fratrem eius, in navi
cum Zebedaeo patre eorum reficientes retia sua,
et vocavit eos. 22 Illi autem statim relictis reti-
bus et patre secuti sunt eum.

Codex D.—15 et terra Neptalim . . . . . Galileae (*et* 18).
16 lucem vidit magnam. 18 vocabatur. 20 saecuti (*et* 22).
21 Zebedei . . . Zebedeo.

Codex K.—15 et terra Neptalim via matris . . . Iodanem
16 lucem vidit magnam. 18 vocabatur . . . retia. 19 illis Iesus
. . . piscatores fieri. 21 Zebedei . . . Zebedeo. 22 retibus suis.

23 Et circumibat Iesus totam Galilaeam, docens
in synagogis eorum et praedicans evangelium
regni et sanans omnem languorem et omnem in-
firmitatem in populo. 24 Et abiit opinio eius in
totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male ha-
bentes, variis languoribus et tormentis compre-
hensos, et qui daemonia habebant, et lunaticos et
paralyticos, et curavit eos. 25 Et secutae sunt
eum turbae multae de Galilaea et Decapoli et
Hierosolymis et de Iudaea et de trans Iordanen.

V.

[8] 1 Videns autem turbas ascendit in montem;
et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.
2 Et aperiens os suum docebat eos dicens 3 Beati
pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum

25 (*Decapolim*).

CODEX D.—23 sanans euangeli omnem langorem. 24 Siriam . . . varis langoribus . . . conpraehensos . . . demonia . . . paraliticos. 25 saecutae . . Galilea Decapuli . . . Iudea . . . Iordanem. V. 1 turbatus.

CODEX K.—23 langorem. 24 Siriam . . . uaris . . . . conpraehensos . . . demonia . . . paraliticos. 25 saecutae . . . . a Galilea . . . . Decapuli . . . . de Hyerusolimis. V. 1 autem Iesus.

caelorum. 4 Beati mites, quoniam ipsi posside-
bunt terram. 5 Beati qui lugent, quoniam ipsi
consolabuntur. 6 Beati qui esuriunt et sitiunt
iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. 7 Beati
misericordes, quoniam ipsi misericordiam conse-
quentur. 8 Beati mundo corde, quoniam ipsi
deum videbunt. 9 Beati pacifici, quoniam ipsi
filii dei vocabuntur. 10 Beati qui persecutionem
patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est
regnum caelorum. 11 Beati estis cum maledixe-
rint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint
omne malum adversum vos mentientes propter
me. 12 Gaudete et exultate, quoniam merces
vestra copiosa est in caelis; sic enim persecuti
sunt prophetas qui fuerunt ante vos. 13 Vos
estis sal terrae: quod si sal evanuerit, in quo sal-
lietur? ad nihilum valet ultra nisi ut mittatur
foras et conculcetur ab hominibus. 14 Vos estis
lux mundi. Non potest civitas abscondi supra

Codex D.—6 essuriunt. 9 *om.* ipsi. 10 persaecutionem (*ita semper*). 12 mercis . . . cupiosa. 13 mittetur.** 14 huius mundi.* . . . possita.

Codex K.—6 essuriunt . . . 7 consequent. 9 *om.* ipsi. 11 maledixerint vos. 12 gaudite* . . exsultate . . mercis . . et profetas. 13 salietur . . . valebit. 14 possita.

montem posita; 15 neque accendunt lucernam
et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum,
ut luceat omnibus qui in domo sunt. 16 Sic luceat
lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona
opera et glorificent patrem vestrum qui in caelis
est. **9** 17 Nolite putare quoniam veni solvere
legem aut prophetas: non veni solvere sed adim-
plere. 18 Amen quippe dico vobis, donec transeat
caelum et terra, iota unum aut unus apex non prae-
teribit a lege, donec omnia fiunt. 19 Qui ergo sol-
verit unum de mandatis istis minimis et docuerit
sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum,
qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabi-
tur in regno caelorum. 20 Dico enim vobis quia
nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scriba-
rum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum
caelorum. 21 Audistis quia dictum est antiquis
Non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Codex D.—15 supra candellabrum . . . luceat hominibus.* 17 quia veni. 18 *om.* a lege . . . fiant. 19 sic omnes.* 20 farisaeorum (*ita semper*).

Codex K.—15 supra candellabrum . . . domu. 16 opera vestra bona. 17 quia veni. 18 fiant. 19 si quis ergo . . . fecerit sic. 20 farisseorum.

22 Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur
fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri
suo Racha, reus erit concilio: qui autem dixerit
Fatue, reus erit gehennae ignis. 23 Si ergo offeres
munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia
frater tuus habet aliquid adversum te, 24 relinque
ibi munus tuum ad altare, et vade prius reconci-
liare fratri tuo, et tunc veniens offers munus tuum.
25 Esto consentiens adversario tuo cito dum es
in via cum eo, ne forte tradat te adversarius
iudici, et iudex tradat te ministro et in carcerem
mittaris. 26 Amen dico tibi, non exies inde do-
nec reddas novissimum quadrantem. **10** 27 Au-
distis quia dictum est antiquis Non moechaveris.
28 Ego autem dico vobis quoniam omnis qui vi-
derit mulierem ad concupiscendum eam, iam moe-
chatus est eam in corde suo. 29 Quod si oculus
tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice

27 (*moechaveris*).

Codex D.—24 venies.* 28 mechatus. 29 proiece . . . expetit.*

Codex K.—22 fatuae. 23 aliquit. 24 adan altare . . . venies* offeris* offeres.** 25 cyto. 27 mechaberis. 28 concupiscendam. 29 proiece . . . gyhennam.

abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membro-
rum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in
gehennam. 30 Et si dextera manus tua scanda-
lizat te, abscide eam et proice abs te: expedit
enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum
quam totum corpus tuum eat in gehennam.
31 Dictum est autem Quicumque dimiserit uxo-
rem suam, det illi libellum repudii. 32 Ego au-
tem dico vobis quia omnis qui dimiserit uxorem
suam, excepta fornicationis causa, facit eam
moechari, et qui dimissam duxerit adulterat.
33 Iterum audistis quia dictum est antiquis Non
peierabis, reddes autem domino iuramenta tua.
34 Ego autem dico vobis non iurare omnino, ne-
que per caelum, quia thronus dei est, 35 neque
per terram, quia scabellum est pedum eius, neque
per Hierosolymam, quia civitas est magni regis;
36 neque per caput tuum iuraveris, quia non
potes unum capillum album facere aut nigrum.

Codex D.—30 manus tuas* . . . *om.* totum*. 31 dimis-
serit (*ita semper*). 32 causae . . . . mechari* . . . . dimisam.
33 periurabis. 35 scabillum.

Codex K.—30 mittatur in gyehennam. 31 est enim . . .
dimisserit (*ita passim*). 33 periurabis. 35 peduum. 36 ca-
pud . . . capillum tuum.

37 Sit autem sermo vester est est, non non ; quod
autem his abundantius est, a malo est. 38 Audis-
tis quia dictum est Oculum pro oculo et dentem
pro dente. 39 Ego autem dico vobis non resis-
tere malo : sed si quis te percusserit in dextera
maxilla tua, praebe illi et alteram. 40 Et illi
qui vult tecum iudicio contendere et tunicam tuam
tollere, remitte et pallium. 41 Et quicumque te
angariaverit mille passus, vade cum illo alia duo.
42 Qui petit a te, da ei, et volenti mutuari a te
ne avertaris. **[11]** 43 Audistis quia dictum est
Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum
tuum. 44 Ego autem dico vobis Diligite inimi-
cos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et
orate pro persequentibus et calumniantibus vos ;
45 ut sitis filii patris vestri qui in caelis est, qui

41 (*angariaberit*).

Codex D.—40 vultecum . . . tonicam . . . . dimitte ei et pallium. 41 qui te. 42 motuari. 43 dileges . . . odies inimicum. 44 dilegite.

Codex K.—38 dictum est antiquis . . . *om.* et. 39 a malo . . . . in dexteram maxillam tuam. 40 ei qui . . . dimitte ei. 41 qui te angarizaverit. 42 motuari. 43 dictum est antiquis dileges . . . odies inimicum. 44 dilegite . . . et benefacite . . . calumpniantibus vobis.

solem suum oriri facit super bonos et malos, et
pluit super iustos et iniustos. 46 Si enim dili-
gatis eos qui vos diligunt, quam mercedem habe-
bitis? nonne et publicani hoc faciunt? 47 Et si
salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius
facitis? nonne ethnici hoc faciunt? 48 Estote
ergo vos perfecti, sicut et pater vester caelestis
perfectus est.

VI.

1 Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram
hominibus, ut videamini ab eis: alioquin merce-
dem non habebitis apud patrem vestrum qui in
caelis est. **12** 2 Cum ergo facies elemosynam,
noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt
in synagogis et in vicis, ut honorificentur ab ho-
minibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem
suam. 3 Te autem faciente elemosynam ne sciat

Codex D.—45 malos et bonos. 46 dilegunt . . puplicani. VI. 1 adtendite . . . mercidem (*ita semper*). 2 elimoysinam (*et* 3, 4) reciperunt mercidem.

Codex K.—46 dilegunt . . . . mercidem . . . . puplicani. 47 et ethnici. VI. 1 adtendite . . . vidiamini . . . mercidem. 2 elimoysinam . . . hypochritae . . . sinagogis . . . perciperunt mercidem. 3 elimosynam (*ita* 4) . . . . qui faciat.

sinistra tua quid faciat dextera tua, 4 ut sit
elemosyna tua in abscondito: et pater tuus qui
videt in abscondito reddet tibi. 5 Et cum oratis,
non eritis sicut hypocritae, qui amant in synago-
gis et in angulis platearum stantes orare, ut
videantur ab hominibus. Amen dico vobis, re-
ceperunt mercedem suam. 6 Tu autem cum
orabis, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio
tuo ora patrem tuum in abscondito: et pater tuus
qui videt in abscondito reddet tibi. 7 Orantes
autem nolite multum loqui sicut ethnici; putant
enim quia in multiloquio suo exaudiantur. 8 No-
lite ergo assimilari eis: scit enim pater vester
quibus opus sit vobis ante quam petatis eum.
9 Sic ergo vos orabitis Pater noster qui es in
caelis, sanctificetur nomen tuum, 10 adveniat
regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in caelo et
in terra, 11 panem nostrum supersubstantialem
da nobis hodie, 12 et dimitte nobis debita nos-

Codex D.—4 absconso (*bis, et* 6). 5 reciperunt. 6 cobiculum . . . concluso*. . . hostio. 8 adsimilare. 9 in caelis es.

Codex K.—4 ut e. tua sit . . . . absconso (*bis, et* 6, 18). 5 orantis*. . . . hipocritae . . . reciperunt. 6 cluso. 8 adsimilari eris*. . . quid vobis opus sit . . . petatis ab eo.

tra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,
13 et ne inducas nos in temtationem, sed libera
nos a malo. 14 Si enim dimiseritis hominibus
peccata eorum, dimittet et vobis pater vester cae-
lestis delicta vestra; 15 si autem non dimiseritis
hominibus, nec pater vester dimittet peccata ves-
tra. **13** 16 Cum autem ieiunatis, nolite fieri si-
cut hypocritae tristes; exterminant enim facies
suas ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico
vobis quia receperunt mercedem suam. 17 Tu
autem cum ieiunas, unge caput tuum et faciem
tuam lava, 18 ne videaris hominibus ieiunans sed
patri tuo qui est in abscondito: et pater tuus qui
videt in abscondito reddet tibi. 19 Nolite the-
saurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo et
tinea demolitur, ubi fures effodiunt et furantur;
20 thesaurizate autem vobis thesauros in caelo,

Codex D.—12 dimisimus. 14 demiseritis . . . 15 demisseritis (*at* dimittet). 16 reciperunt. 17 ungue capud. 18 absconso (*bis*). 19 et ubi. 19, 20, 21 thensaur.** 19 effudiunt (*et* 20). 20 *om.* et.

Codex K.—14 dilicta vestra caelestis. 15 dimittet vobis. 16 demuliuntur exterminant . . . reciperunt. 18 in absconso est. 19 thensaurizate**. . . et ubi fures. 20 thensaurizate . . . thensauros . . . et ubi fures . . . forantur.

ubi neque erugo neque tinea demolitur, et ubi
fures non effodiunt nec furantur. 21 Ubi enim
est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. 22 Lu-
cerna corporis est oculus. Si fuerit oculus tuus
simplex, totum corpus tuum lucidum erit; 23 si
autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus
tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod
in te est tenebrae sunt, tenebrae quantae erunt.
14 24 Nemo potest duobus dominis servire: aut
enim unum odio habebit et alterum diliget, aut
unum sustinebit et alterum contemnet. Non potes-
tis deo servire et mamonae. 25 Ideo dico vobis,
ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis,
neque corpori vestro quid induamini. Nonne
anima plus est quam esca, et corpus plus est
quam vestimentum? 26 Respicite volatilia caeli,
quoniam non serunt neque metunt neque congre-
gant in horrea, et pater vester caelestis pascit illa:

Codex D.—21 ibi erit. 23 tenebrae ipsae. 24 hodio . . . contempnet . . . mammonae. 25 *om.* est *sec.*

Codex K.—21 fuerit thensaurus . . . ibi erit. 22 corporis tui . . . oculus tuus. 23 tenebrae ipse quantae sunt. 24 unum enim hodio . . . contempnet . . . mammonae. 25 soliciti (*et* 28) . . . *om.* est *sec.* 26 seruunt . . . plures.

nonne vos magis pluris estis illis? 27 Quis au-
tem vestrum cogitans potest adicere ad staturam
suam cubitum unum? 28 Et de vestimento quid
solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo
crescunt; non laborant neque nent: 29 dico
autem vobis quoniam nec Salomon in omni glo-
ria sua coopertus est sicut unum ex istis. 30 Si
autem faenum agri, quod hodie est et cras in
clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto magis
vos, minimae fidei? 31 Nolite ergo solliciti esse
dicentes Quid manducabimus aut quid bibemus
aut quo operiemur? 32 haec enim omnia gentes
inquirunt: scit enim pater vester quia his omni-
bus indigetis. 33 Quaerite autem primum regnum
[dei] et iustitiam eius: et omnia haec adicientur
vobis. 34 Nolite ergo esse solliciti in crastinum:
crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse. Suffi-
cit diei malitia sua.

26 (*plures*). 33 (*om.* dei).

Codex D.—26 plures. 28 nec nent* (neunt**). 30 foenum . . . modicae fidei. 31 quid operiemur. 33 regnum dei . . . adicientur.

Codex K.—27 adiecere. 28 siderate . . . nec neunt . . . . Salamon. 30 fenum . . . . mittetur . . . . quando. 31 quid operiemur. 33 quaerite ergo. 34 solliciti esse . . . sufficit enim.

VII.

[15] 1 Nolite iudicare, ut non iudicemini: 2 in
quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini, et in
qua mensura mensi fueritis metietur vobis. 3 Quid
autem vides festucam in oculo fratris tui, et tra-
bem in oculo tuo non vides? 4 Aut quomodo
dicis fratri tuo Sine eiciam festucam de oculo
tuo, et ecce trabes est in oculo tuo? 5 Hypo-
crita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc
videbis eicere festucam de oculo fratris tui. 6 No-
lite dare sanctum canibus, neque mittatis marga-
ritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas
pedibus suis et conversi disrumpant vos. 7 Petite,
et dabitur vobis: quaerite, et invenietis: pulsate,
et aperietur vobis. 8 Omnis enim qui petit acci-
pit, et qui quaerit invenit, et pulsanti aperietur.
9 Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit
filius suus panem, numquid lapidem porriget ei?
10 Aut si piscem petet, numquid serpentem por-

Codex D.—VII. 3 fistucam (*et* 4, 5). 4 trabis. 5 hyppochrita. 9 porrigit (*et* 10). 10 petit.

Codex K.—VII. 2 remetietur. 3 fistucam (*ita* 4, 5). 4 trabis. 6 sanctam. 8 pulsantia. 10 petierit.

riget ei? 11 Si ergo vos, cum sitis mali, nostis
bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester
qui in caelis est dabit bona petentibus se.
12 Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant
vobis homines, et vos facite eis: haec est enim
lex et prophetae. **16** 13 Intrate per angustam
portam: quia lata porta et spatiosa via quae ducit
ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam.
14 Quam angusta porta et arta via quae ducit ad
vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. 15 At-
tendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in
vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi
rapaces: 16 a fructibus eorum cognoscetis eos.
Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribolis
ficus? 17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit,
mala autem arbor fructus malos facit. 18 Non po-
test arbor bona fructus malos facere, neque arbor
mala fructus bonos facere. 19 Omnis arbor quae

CODEX D.—16 ficos. 17 fructus facit bonos . . . malos fructus. 18 malos fructus . . . *om.** fructus bonos facere, omnis arbor.*

CODEX K.—12 *om.* ergo . . . . vultis bona . . . . ita et vos. 13 portam quam lata porta. 14 arcta. 15 attendite autem vobis. 17 facit bonos . . . malos fructus. 18 malos fructus.

non facit fructum bonum exciditur et in ignem mit-
titur. 20 Igitur ex fructibus eorum cognoscetis
eos. **17** 21 Non omnis qui dicit mihi Domine
domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit
voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse intra-
bit in regnum caelorum. 22 Multi dicent mihi
in illa die Domine domine, nonne in nomine tuo
prophetavimus, et in nomine tuo daemonia eieci-
mus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?
23 Et tunc confitebor illis quia numquam novi
vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem.
24 Omnis ergo qui audit verba mea haec et facit
ea assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit do-
mum suam supra petram: 25 et descendit pluvia
et venerunt flumina et flaverunt venti et inruerunt
in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat
supra petram. 26 Et omnis qui audit verba mea
haec et non facit ea similis erit viro stulto, qui
aedificavit domum suam supra harenam: 27 et

Codex D.—22 tuo nomine *sec* et *tert.* 25 pluia (*et* 27). 26 herenam.

Codex K.—19 excidetur . . . mittetur. 22 in tuo nomine (*ter*) . . . facimus. 23 omnes qui. 24 qui quia audit . . . . super (*et* 25, 27). 25 pluia (*et* 27). 26 audivit . . . haerenam.

descendit pluvia et venerunt flumina et flaverunt
venti et inruerunt in domum illam, et cecidit; et
fuit ruina eius magna.

28 Et factum est cum consummasset Iesus
verba haec, ammirabantur turbae super doctri-
nam eius: 29 erat enim docens eos sicut po-
testatem habens, non sicut scribae eorum et
Pharisaei.

VIII.

18 1 Cum autem descendisset de monte,
secutae sunt eum turbae multae. 2 Et ecce
leprosus veniens adorabat eum dicens Domine,
si vis, potes me mundare. 3 Et extendens ma-
num tetigit eum Iesus dicens Volo, mundare.
Et confestim mundata est lepra eius. 4 Et ait
illi Iesus Vide nemini dixeris, sed vade ostende
te sacerdoti, et offer munus quod praecepit Mo-
ses, in testimonium illis.

19 5 Cum autem introisset Capharnaum,

Codex D.—29 et non sicut. VIII. 4 praecipit. 5 introvisset.

Codex K.—29 et non sicut. VIII. 2 leprosus quidam. 3 manuum (*et* 15). 4 praecipit. 5 post haec autem cum introisset Iesus . . . ad eum accessit quidam centorio.

accessit ad eum centurio rogans eum 6 et dicens
Domine, puer meus iacet in domo paralyticus et
male torquetur. 7 Ait illi Iesus Ego veniam et
curabo eum. 8 Et respondens centurio ait Do-
mine, non sum dignus ut intres sub tectum meum:
sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.
9 Nam et ego homo sum sub potestate, habens
sub me milites, et dico huic Vade, et vadit, et alio
Veni, et venit, et servo meo Fac hoc, et facit.
10 Audiens autem Iesus miratus est et sequenti-
bus se dixit Amen dico vobis, non inveni tantam
fidem in Israhel. 11 Dico autem vobis quod
multi ab oriente et occidente venient et recum-
bent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno
caelorum; 12 filii autem regni eicientur in tene-
bras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium.
13 Et dixit Iesus centurioni Vade, et sicut credi-
disti fiat tibi. Et sanatus est puer in hora illa.

[**20**] 14 Et cum venisset Iesus in domum Petri,
vidit socrum eius iacentem et febricitantem: 15 et

CODEX D.—7 et ait. 12 regni huius.

CODEX K.—6 domu. 7 et ait. 8 ait illi. 9 sub potestate constitutus . . . meo dico. 12 regni huius. 13 in illa hora.

tetigit manum eius, et dimisit eam febris, et sur-
rexit et ministrabat eis. 16 Vespere autem facto
optulerunt ei multos daemonia habentes: et eicie-
bat spiritus verbo, et omnes male habentes cura-
vit; 17 ut adimpleretur quod dictum est per
Esaiam prophetam dicentem Ipse infirmitates
nostras accepit et egrotationes portavit.

18 Videns autem Iesus turbas multas circum
se, iussit ire trans fretum. [21] 19 Et accedens
unus scriba ait illi Magister, sequar te quocum-
que ieris. 20 Et dicit ei Iesus Vulpes foveas ha-
bent et volucres caeli nidos: filius autem hominis
non habet ubi caput reclinet. 21 Alius autem de
discipulis eius ait illi Domine, permitte me pri-
mum ire et sepelire patrem meum. 22 Iesus
autem ait illi Sequere me, et dimitte mortuos
sepelire mortuos suos.

23 Et ascendente eo in naviculam secuti sunt
eum discipuli eius. 24 Et ecce motus magnus

CODEX D.—17 aegritudines. 20 volucres coeli taberna-
cula.

CODEX K.—16 spiritus inmundus.* 17 dicentem quia . . .
accipit . . . egritudines. 20 dixit . . . nidos ubi requiescunt
. . . capud suum. 23 navicula.

factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluc-
tibus; ipse vero dormiebat. 25 Et accesserunt
et suscitaverunt eum dicentes Domine salva nos,
perimus. 26 Et dicit eis Quid timidi estis, mo-
dicae fidei? Tunc surgens increpavit vento et
mari, et facta est tranquillitas magna. 27 Porro
homines mirati sunt dicentes Qualis est hic, quia
et venti et mare oboediunt ei?

[**22**] 28 Et cum venisset trans fretum in regio-
nem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes
daemonia de monumentis exeuntes, saevi nimis,
ita ut nemo posset transire per viam illam. 29 Et
ecce clamaverunt dicentes Quid nobis et tibi, filii
dei? venisti huc ante tempus torquere nos?
30 Erat autem non longe ab illis grex porcorum
multorum pascens. 31 Daemones autem roga-
bant eum dicentes Si eicis nos, mitte nos in
gregem porcorum. 32 Et ait illis Ite. At illi
exeuntes abierunt in porcos, et ecce impetu abiit

CODEX D.—26 imperavit ventis. 27 *om.* et. 28 regione Gerasinorum.

CODEX K.—24 fluctibus; erat enim ventus contrarius illis; ipse. 26 imperavit ventis. 27 *om.* et *prius*. 28 regione . . . duo homines. 29 tibi Iesu filii. 30 ab eis. 32 abit.

totus grex per praeceps in mare, et mortui sunt in
aquis. 33 Pastores autem fugerunt, et venientes
in civitatem nuntiaverunt omnia et de his qui
daemonia habuerant. 34 Et ecce tota civitas
exiit obviam Iesu, et viso eo rogabant ut transiret
a finibus eorum.

IX.

23 1 Et ascendens in naviculam transfretavit,
et venit in civitatem suam. 2 Et ecce offerebant
ei paralyticum iacentem in lecto: et videns Iesus
fidem illorum dixit paralytico Confide filii, remit-
tuntur tibi peccata tua. 3 Et ecce quidam de
scribis dixerunt intra se Hic blasphemat. 4 Et
cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit Ut
quid cogitatis mala in cordibus vestris? 5 Quid
est facilius, dicere Dimittuntur tibi peccata, aut
dicere Surge et ambula? 6 Ut sciatis autem
quoniam filius hominis habet potestatem in terra
dimittendi peccata, tunc ait paralytico Surge,
tolle lectum tuum et vade in domum tuam. 7 Et

CODEX D.—33 *om.* et *sec.** IX. 1 navicula. 5 peccata tua. 6 Surge et tolle.

CODEX K.—33 habebant. 34 exit. IX. 1 navicula. 5 peccata tua. 6 dimittere . . . Surge et tolle.

surrexit et abiit in domum suam. 8 Videntes
autem turbae timuerunt et glorificaverunt deum
qui dedit potestatem talem hominibus.

[24] 9 Et cum transiret inde Iesus, vidit homi-
nem sedentem in teloneo, Mattheum nomine, et
ait illi Sequere me. Et surgens secutus est eum.
10 Et factum est discumbente eo in domo, ecce
multi publicani et peccatores venientes discum-
bebant cum Iesu et discipulis eius. 11 Et vi-
dentes Pharisaei dicebant discipulis eius Quare
cum publicanis et peccatoribus manducat magis-
ter vester? 12 At Iesus audiens ait Non est
opus valentibus medico sed male habentibus.
13 Euntes autem discite quid est Misericordiam
volo et non sacrificium. Non enim veni vocare
iustos sed peccatores.

[25] 14 Tunc accesserunt ad eum discipuli
Iohannis dicentes Quare nos et Pharisaei ieiuna-
mus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?
15 Et ait illis Iesus Numquid possunt filii sponsi
lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient

Codex D.—8 *om.* talem.

Codex K.—10 domu. 13. *fin. add.* ad penitentiam.

autem dies cum auferetur ab eis sponsus, et tunc
ieiunabunt. 16 Nemo autem inmittit commis-
suram panni rudis in vestimentum vetus: tollit
enim plenitudinem eius a vestimento, et peior
scissura fit. 17 Neque mittunt vinum novum in
utres veteres: alioquin rumpuntur utres, et vi-
num effunditur et utres pereunt; sed vinum
novum in utres novos mittunt, et ambo conser-
vantur.

[**26**] 18 Haec illo loquente ad eos, ecce prin-
ceps unus accessit et adorabat eum dicens Filia
mea modo defuncta est: sed veni inpone manum
super eam, et vivet. 19 Et surgens Iesus seque-
batur eum et discipuli eius. 20 Et ecce mulier
quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis
accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius:
21 dicebat enim intra se Si tetigero tantum ves-
timentum eius, salva ero. 22 At Iesus conver-
sus et videns eam dixit Confide filia, fides tua te
salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa
hora. 23 Et cum venisset Iesus in domum prin-

Codex D.—17 effundetur.

Codex K.—15 ieiunabunt in illis diebus. 16 conmittit. 17 effundetur. 18 manum tuam. 19 exsurgens (*om.* et).

cipis et vidisset tibicines et turbam tumultuan-
tem, dicebat 24 Recedite: non est enim mor-
tua puella sed dormit. Et deridebant eum.
25 Et cum eiecta esset turba, intravit et tenuit
manum eius, et surrexit puella. 26 Et exiit
fama haec in universam terram illam.

[27] 27 Et transeunte inde Iesu secuti sunt
eum duo caeci clamantes et dicentes Miserere
nostri, filii David. 28 Cum autem venisset do-
mum, accesserunt ad eum caeci: et dicit eis
Iesus Creditis quia possum hoc facere vobis?
Dicunt ei Utique, domine. 29 Tunc tetigit
oculos eorum dicens Secundum fidem vestram
fiat vobis. 30 Et aperti sunt oculi illorum:
et comminatus est illis Iesus dicens Videte ne
quis sciat. 31 Illi autem exeuntes diffamave-
runt eum in tota terra illa.

32 Egressis autem illis ecce optulerunt ei
hominem mutum, daemonium habentem. 33 Et
eiecto daemone locutus est mutus, et miratae

Codex D.—28 credis. 30 oculi eorum . . . est eis. 31 in totam terram illam. 33 daemonio . . . paruit.

Codex K.—24 dormivit. 26 exit. 27 duo domum. 28 dixit. 30 oculi eorum. 31 in totam terram illam. 32 mutum et surdum.

sunt turbae dicentes Numquam apparuit sic in
Israhel. 34 Pharisaei autem dicebant In prin-
cipe daemoniorum eicit daemones.

[**28**] 35 Et circumibat Iesus civitates omnes
et castella, docens in synagogis eorum et prae-
dicans evangelium regni et curans omnem lan-
guorem et omnem infirmitatem. 36 Videns
autem turbas misertus est eis, quia erant vexati
et iacentes sicut oves non habentes pastorem.
37 Tunc dicit discipulis suis Messis quidem
multa, operarii autem pauci: 38 rogate ergo
dominum messis ut eiciat operarios in messem
suam.

X.

[**29**] 1 Et convocatis duodecim discipulis suis,
dedit illis potestatem spirituum inmundorum, ut
eicerent eos et curarent omnem languorem et
omnem infirmitatem.

2 Duodecim autem apostolorum nomina sunt
haec. Primus Simon qui dicitur Petrus et An-

Codex D.—35 omnes civitates. X. 1 dedit eis.

Codex K.—34 in Belsebud in principe. 36 qui erant. X. 1 dedit eis. 2 haec sunt.

dreas frater eius.
3 Iacobus Zebedaei et Iohannes frater eius, Philippus et Bartholomaeus, Thomas et Mattheus publicanus, et Iacobus Alphei et Thaddaeus,
4 Simon Cananaeus et Iudas Scariotes, qui et tradidit eum.

5 Hos duodecim misit Iesus praecipiens eis et dicens In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis,
6 sed potius ite ad oves quae perierunt domus Israhel.
7 Euntes autem praedicate dicentes quia adpropinquavit regnum caelorum.
8 Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, daemones eicite: gratis accepistis, gratis date.
9 Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris,
10 non peram in via neque duas tunicas neque calciamenta neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.
11 In quamcumque civitatem aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit: et ibi manete donec exeatis.
12 Intrantes autem in

11 (*in eam*).

Codex D.—3 Iacob Alphei (*om.* et). 4 *om.* et *sec.* 8 mortuos cūrāte suscitate (*corr.**). 10 *om.* enim . . . operario.*

Codex K.—4 *om.* et *sec.* 8 quod gratis accepistis. 10 virgam in manibus vestris.

domum salutate eam: 13 et si quidem fuerit
domus digna, veniat pax vestra super eam; si
autem non fuerit digna, pax vestra ad vos re-
vertatur. 14 Et quicumque non receperit vos
neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de
domo vel de civitate excutite pulverem de pedi-
bus vestris in testimonium eorum. 15 Amen dico
vobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum et
Gomorraeorum in die iudicii quam illi civitati.
16 Ecce ego mitto vos sicut oves in medio
luporum: estote ergo prudentes sicut serpentes,
et simplices sicut columbae. 17 Cavete autem
ab hominibus: tradent enim vos in conciliis,
et in synagogis suis flagellabunt vos, 18 et
ad praesides et ad reges ducemini propter me,
in testimonium illis et gentibus. 19 Cum autem
tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid
loquamini. 20 Non enim vos estis qui loqui-

18 (*ducimini*).

Codex D.—14 *om.* in testimonium eorum.

Codex K.—12 *fin. add.* dicentes Pax huic domui. 13 digna domus illa . . . revertetur. 14 domu, vel de civitate vel castella illo. 19 loquaemini . . . *om.* dabitur *usq.* loquamini. 20 quid loquemini . . . loquetur.

mini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in
vobis. 21 Tradet autem frater fratrem in mor-
tem, et pater filium, et insurgent filii in paren-
tes et morte eos afficient. 22 Et eritis odio
omnibus propter nomen meum: qui autem perse-
veraverit in finem, hic salvus erit. [**30**] 23 Cum
autem persequentur vos in civitate ista, fugite
in aliam. Amen enim dico vobis, non consum-
mabitis civitates Israhel donec veniat filius homi-
nis. 24 Non est discipulus super magistrum,
nec servus super dominum suum: 25 sufficit
discipulo ut sit sicut magister eius, et servus
sicut dominus eius. Si patrem familias Beelze-
bub vocaverunt, quanto magis domesticos eius?
26 Ne ergo timueritis eos. Nihil enim oper-
tum quod non revelabitur, et occultum quod
non scietur. 27 Quod dico vobis in tenebris,
dicite in lumine; et quod in aure auditis, prae-
dicate super tecta. 28 Et nolite timere eos qui

26 (*sciatur*).

Codex D.—25 Belzebud. 26 opertum est. 27 audistis.

Codex K.—21 tradat. 22 usque in finem. 23 aliam; si autem et in alia persecuti vos fuerint fugite et in tertiam . . . *om.* enim. 25 Belzebud. 26 est opertum. 27 audistis.

occidunt corpus, animam autem non possunt
occidere: sed potius eum timete qui potest
et animam et corpus perdere in gehennam.
29 Nonne duo passeres asse veneunt? et unus
ex illis non cadet super terram sine patre ves-
tro. 30 Vestri autem et capilli capitis omnes
numerati sunt. 31 Nolite ergo timere: multis
passeribus meliores estis vos. 32 Omnis ergo
qui confitebitur me coram hominibus, confite-
bor et ego eum coram patre meo qui est in
caelis. 33 Qui autem negaverit me coram
hominibus, negabo et ego eum coram patre
meo qui est in caelis. 34 Nolite arbitrari quia
venerim mittere pacem in terram: non veni
pacem mittere sed gladium. 35 Veni enim se-
parare hominem adversus patrem suum, et filiam
adversus matrem suam, et nurum adversus so-
crum suam, 36 et inimici hominis domestici

29 (*veniunt*).

Codex D.—28 enim *pro* eum . . . *om.* et *sec.* 29 cadit. 34 pacem mittere.

Codex K.—28 *om.* et *sec.* 29 veniunt . . . cadit . . . vestro qui in caelis est. 31 timere eos. 32 in caelis est. 33 qui in caelis est. 34 sed gaudium. 35 filium hominem.

eius. **31** 37 Qui amat patrem et matrem plus
quam me non est me dignus, et qui amat filium
aut filiam super me non est me dignus, 38 et
qui non accipit crucem suam et sequitur me
non est me dignus. 39 Qui invenit animam
suam perdet illam, et qui perdiderit animam
suam propter me inveniet eam. 40 Qui recipit
vos me recipit, et qui me recipit recipit eum
qui me misit. 41 Qui recipit prophetam in
nomine prophetae mercedem prophetae accipiet,
et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem
iusti accipiet. 42 Et quicumque potum dederit
uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tan-
tum in nomine discipuli, amen dico vobis, non
perdet mercedem suam.

XI.

32 1 Et factum est cum consummasset Iesus
praecipiens duodecim discipulis suis, transiit inde
ut doceret et praedicaret in civitatibus eorum.

Codex D.—37 aut matrem. 38 sequatur. 39 inveniat eam. 40 reciperit vos.

Codex K.—37 aut matrem . . . filiam plusquam me . . . *om.* est *sec.* 38 sequatur. 40 reciperit vos. XI. 1 Iesus verba haec praecipiens . . . transit.

2 Iohannes autem cum audisset in vinculis
opera Christi, mittens duos de discipulis suis
3 ait illi Tu es qui venturus es, an alium ex-
pectamus? 4 Et respondens [Iesus] ait illis
Euntes renuntiate Iohanni quae audistis et vi-
distis: 5 caeci vident, claudi ambulant, leprosi
mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt,
pauperes evangelizantur, 6 et beatus est qui
non fuerit scandalizatus in me. 7 Illis autem
abeuntibus coepit Iesus dicere ad turbas de
Iohanne Quid existis in desertum videre? harun-
dinem vento agitatam? 8 Sed quid existis vi-
dere? hominem mollibus vestitum? Ecce qui
mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.
9 Sed quid existis videre? prophetam? Etiam
dico vobis, et plus quam prophetam. 10 Hic
enim est de quo scriptum est Ecce ego mitto an-
gelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit
viam tuam ante te. 11 Amen dico vobis, non

4 (*om.* Iesus*).

Codex D.—5 et surdi. 9 plusquam propheta.

Codex K.—3 ait illis. 7 Iohanne baptista. 9 plusquam profeta. 10 est enim.

surrexit inter natos mulierum maior Iohanne
baptista; qui autem minor est in regno cae-
lorum maior est illo. 12 A diebus autem Io-
hannis baptistae usque nunc regnum caelorum
vim patitur, et violenti rapiunt illud. 13 Omnes
enim prophetae et lex usque ad Iohannem pro-
phetaverunt: 14 si vultis recipere, ipse est
Helias qui venturus est. 15 Qui habet aures
audiendi audiat. 16 Cui autem similem aesti-
mabo generationem istam? Similis est pueris
sedentibus in foro, qui clamantes coaequalibus
17 dicunt Cecinimus vobis et non saltastis, la-
mentavimus et non planxistis. 18 Venit enim
Iohannes neque manducans neque bibens, et
dicunt Daemonium habet. 19 Venit filius homi-
nis manducans et bibens, et dicunt Ecce homo
vorax et potator vini, publicanorum et pecca-
torum amicus. Et iustificata est sapientia a
filiis suis.

[33] 20 Tunc coepit exprobrare civitatibus in

CODEX D.—12 vivolenti. 14 et si . . . percipere. 18 neque vivens. 19 venit enim.

CODEX K.—11 *om.* est *sec.* 12 vivolenti. 14 et si . . . percipere. 17 lamentavimus vobis.

quibus factae sunt plurimae virtutes eius, quia
non egissent paenitentiam. 21 Vae tibi Cho-
razain, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et
Sidone factae essent virtutes quae factae sunt
in vobis, olim in cilicio et cinere paenitentiam
egissent. 22 Verum tamen dico vobis, Tyro et
Sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis.
23 Et tu Capharnaum, numquid usque in cae-
lum exaltaberis? usque in infernum descendes,
quia si in Sodomis factae fuissent virtutes quae
factae sunt in te, forte mansissent usque in hunc
diem. 24 Verum tamen dico vobis quia terrae
Sodomorum remissius erit in die iudicii quam
tibi.

34 25 In illo tempore respondens Iesus dixit
Confiteor tibi pater, domine caeli et terrae, quia
abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et
revelasti ea parvulis. 26 Ita pater, quoniam
sic fuit placitum ante te. 27 Omnia mihi tra-
dita sunt a patre meo, et nemo novit filium nisi

Codex D.—25 confitebor* . . . *om.* et prudentibus. 26 quia sic.

Codex K.—21 *om.* vae tibi Chorozain.* *In marg. adscr. litteris miniatis.* 23 ad caelum exaltata es, an usque ad. 26 quia sic.

pater, neque patrem quis novit nisi filius et cui
voluerit filius revelare. 28 Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.
29 Tollite iugum meum super vos, et discite a
me, quia mitis sum et humilis corde, et inveni-
etis requiem animabus vestris. 30 Iugum enim
meum suave est, et onus meum leve est.

XII.

35 1 In illo tempore abiit Iesus sabbato per
sata: discipuli autem eius esurientes coeperunt
vellere spicas et manducare. 2 Pharisaei autem
videntes dixerunt ei Ecce discipuli tui faciunt
quod non licet eis facere sabbatis. 3 At ille
dixit eis Non legistis quid fecerit David, quando
esuriit, et qui cum eo erant? 4 quomodo in-
travit in domum dei et panes propositionis com-
edit, quos non licebat ei edere neque his qui
cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? 5 Aut
non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in
templo sabbatum violant et sine crimine sunt?

Codex D.—29 super me. 30 *om.* est *sec.* XII. 5 vivolant.

Codex K.—27 patrem quisquam. 28 honorati. XII. 1 abit.
2 videntes illos . . . (licet eis = *Am.*).

6 Dico autem vobis quia templo maior est hic.
7 Si autem sciretis quid est Misericordiam volo
et non sacrificium, numquam condemnassetis in-
nocentes. 8 Dominus est enim filius hominis
etiam sabbati.

36 9 Et cum inde transisset, venit in synago-
gam eorum. 10 Et ecce homo manum habens
aridam: et interrogabant eum dicentes Si licet
sabbatis curare? ut accusarent eum. 11 Ipse
autem dixit illis Quis erit ex vobis homo qui
habeat ovem unam, et si ceciderit haec sab-
batis in foveam, nonne tenebit et levabit eam?
12 Quanto magis melior est homo ove: itaque
licet sabbatis bene facere. 13 Tunc ait homini
Extende manum tuam. Et extendit, et restituta
est sanitati sicut altera. 14 Exeuntes autem
Pharisaei consilium faciebant adversus eum,
quomodo eum perderent.

15 Iesus autem sciens secessit inde, et secuti
sunt eum multi et curavit eos omnes, 16 et

Codex D.—11 habet . . . non et tinebit* . . . levavit. 13 sanitatis. 14 euntes. 15 recessit.

Codex K.—6 qui templo. 10 erat manum aridam habens. 11 habet. 13 sicut et altera.

praecepit eis ne manifestum eum facerent; 17 ut
adimpleretur quod dictum est per Esaiam pro-
phetam dicentem 18 Ecce puer meus quem
elegi, dilectus meus in quo bene placuit animae
meae: ponam spiritum meum super eum, et
iudicium gentibus nuntiabit. 19 Non contendet
neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis
vocem eius; 20 harundinem quassatam non con-
fringet et linum fumigans non extinguet, donec
eiciat ad victoriam iudicium: 21 et in nomine
eius gentes sperabunt.

22 Tunc oblatus est ei daemonium habens
caecus et mutus, et curavit eum ita ut loquere-
tur et videret. 23 Et stupebant omnes turbae
et dicebant Numquid hic est filius David?
24 Pharisaei autem audientes dixerunt Hic non
eicit daemones nisi in Beelzebub principe dae-
monum. 25 Iesus autem sciens cogitationes
eorum dixit eis Omne regnum divisum contra

24 (*principem*).

Codex D.—16 praecipit. 18 conplacuit. 24 principe demoniorum.

Codex K.—16 praecipit. 17 ut inpleretur. 18 conplacuit anima mea . . . adnuntiabit. 22 ei est homo . . . mutus et surdus. 24 demonia . . . demoniorum.

se desolabitur, et omnis civitas vel domus divisa
contra se non stabit. 26 Et si satanas satanan
eicit, adversus se divisus est: quomodo ergo
stabit regnum eius? 27 Et si ego in Beelzebub
eicio daemones: filii vestri in quo eiciunt? Ideo
ipsi iudices erunt vestri. 28 Si autem ego in
spiritu dei eicio daemones, igitur pervenit in vos
regnum dei. 29 Aut quomodo potest quisquam
intrare in domum fortis et vasa eius diripere, nisi
prius alligaverit fortem? et tunc domum illius
diripiat. 30 Qui non est mecum contra me est,
et qui non congregat mecum spargit. 31 Ideo
dico vobis Omne peccatum et blasphemia remit-
tetur hominibus, spiritus autem blasphemia non
remittetur. 32 Et quicumque dixerit verbum
contra filium hominis, remittetur ei; qui autem
dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur
ei neque in hoc saeculo neque in futuro. 33 Aut
facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut

31 (*blasphemiae non*).

Codex D.—25 desolatur. 28 *om* in *sec.** 31 blasphemiae non = *Am.*

Codex K.—26 si enim. 27 *om.* et . . . . Beelzebul. 28 daemonia. 29 diripiet. 30 dispargit. 32 adversus *pro* contra *prius* . . . . ei et qui.

facite arborem malam et fructum eius malum:
siquidem ex fructu arbor agnoscitur. 34 Pro-
genies viperarum, quomodo potestis bona loqui
cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os
loquitur. 35 Bonus homo de bono thesauro pro-
fert bona, et malus homo de malo thesauro profert
mala. 36 Dico autem vobis quoniam omne ver-
bum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent
rationem de eo in die iudicii. 37 Ex verbis enim
tuis iustificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.

37 38 Tunc responderunt ei quidam de scribis
et Pharisaeis dicentes Magister, volumus a te
signum videre. 39 Qui respondens ait illis
Generatio mala et adultera signum quaerit, et
signum non dabitur ei nisi signum Ionae pro-
phetae. 40 Sicut enim fuit Ionas in ventre coeti
tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius
hominis in corde terrae tribus diebus et tribus
noctibus. 41 Viri Ninevitae surgent in iudicio
cum generatione ista et condemnabunt eam, quia

Codex D.—33 cognoscitur. 37 iustificaveris . . . . condempnaveris.

Codex K.—33 cognoscitur. 35 malo thesauro cordis sui. 36 rationem pro eo.

paenitentiam egerunt in praedicatione Ionae, et
ecce plus quam Iona hic. 42 Regina austri
surget in iudicio cum generatione ista et con-
demnabit eam, quia venit a finibus terrae au-
dire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam
Salomon hic. 43 Cum autem inmundus spiritus
exierit ab homine, ambulat per loca arida quae-
rens requiem, et non invenit: 44 tunc dicit
Revertar in domum meam unde exivi: et veniens
invenit vacantem, scopis mundatam et ornatam:
45 tunc vadit et assumit septem alios spiritus
secum nequiores se, et intrantes habitant ibi: et
fiunt novissima hominis illius peiora prioribus.
Sic erit et generationi huic pessimae.

38 46 Adhuc eo loquente ad turbas, ecce ma-
ter eius et fratres stabant foris quaerentes loqui
ei. 47 Dixit autem ei quidam Ecce mater tua
et fratres tui foris stant quaerentes te. 48 At ille
respondens dicenti sibi ait Quae est mater mea,
et qui sunt fratres mei? 49 Et extendens manum

CODEX D.—45 vadet adsumet (*om.* et). 47 stant foris.

CODEX K.—43 transierit . . . ambulabat. 44 exi. 45 secum *ante* septem . . . erit generationi. 46 foris stant . . . loqui cum eo. 47 quaerentes loqui tecum. 48 at ipse.

in discipulos dixit Ecce mater mea et fratres mei.
50 Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei
qui in caelis est, ipse meus et frater et soror et
mater est.

XIII.

39 1 In illo die exiens Iesus de domo sedebat
secus mare. 2 Et congregatae sunt ad eum
turbae multae, ita ut in naviculam ascendens
sederet, et omnis turba stabat in litore. 3 Et
locutus est eis multa in parabolis, dicens Ecce
exiit qui seminat seminare. 4 Et dum seminat,
quaedam ceciderunt secus viam, et venerunt
volucres et comederunt ea. 5 Alia autem ceci-
derunt in petrosa, ubi non habebant terram mul-
tam; et continuo exorta sunt, quia non habebant
altitudinem terrae: 6 sole autem orto aestua-
verunt, et quia non habebant radicem aruerunt.
7 Alia autem ceciderunt in spinas, et creverunt
spinae et suffocaverunt ea. 8 Alia vero ceci-
derunt in terram bonam et dabant fructum, aliud

5 (*habebat*).

Codex D.—XIII. 2 ut navicula. 8 dabunt.*

Codex K.—50 meus frater . . . mater mea. XIII. 1 domu. 2 in navicula . . . omnes turbae stabant. 3 *om.* multa . . . exit . . . seminare semen suum. 4 volucres caeli. 8 dabunt.

centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesi-
mum. 9 Qui habet aures audiendi, audiat.
10 Et accedentes discipuli dixerunt ei Quare
in parabolis loqueris? 11 Qui respondens
ait illis Quia vobis datum est nosse mysteria
regni caelorum, illis autem non est datum. 12
Qui enim habet, dabitur ei et abundabit; qui
autem non habet, et quod habet auferetur ab eo.
13 Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes
non vident et audientes non audiunt neque in-
tellegunt: 14 ut adimpleatur eis prophetia Esaiae
dicens Auditu audietis, et non intellegetis; et
videntes videbitis, et non videbitis. 15 Incrassa-
tum est enim cor populi huius, et auribus graviter
audierunt, et oculos suos cluserunt, ne quando
oculis videant et auribus audiant et corde intelle-

13 (*audient*).

Codex D.—10 loqueris eis. 11 misterium. 13 eis loquor in parabolis . . . audiunt. 14 et adimpleretur*, et adimpletur** . . . intellegitis.

Codex K.—10 loqueris eis. 11 misterium . . . datum est. 13 nec. 14 ut adimpleretur . . . dicentis. 15 auribus suis . . . . conclusserunt . . . *Post v.* 15 *add.* et iterum incrasatum est cor populi huius et aures eorum obstruerunt et oculos suos conpraeserunt ne quando convertatur et sanem eos.

gant et convertantur, et sanem eos. 16 Vestri
autem beati oculi quia vident, et aures vestrae
quia audiunt. 17 Amen quippe dico vobis quia
multi prophetae et iusti cupierunt videre quae
videtis, et non viderunt, et audire quae auditis, et
non audierunt. 18 Vos ergo audite parabolam
seminantis. 19 Omnis qui audit verbum regni et
non intellegit, venit malus et rapit quod semina-
tum est in corde eius: hic est qui secus viam
seminatus est. 20 Qui autem supra petrosa semi-
natus est, hic est qui verbum audit et continuo
cum gaudio accipit illud, 21 non habet autem in
se radicem, sed est temporalis: facta autem tri-
bulatione et persecutione propter verbum conti-
nuo scandalizatur. 22 Qui autem est seminatus
in spinis, hic est qui verbum audit, et sollicitudo
saeculi istius et fallacia divitiarum suffocat ver-
bum, et sine fructu efficitur. 23 Qui vero in terra

Codex D.—22 seminatus est. 23 centensimum . . . sexagensimum . . . tricensimum.

Codex K.—16 qui vident. 17 videre quae audetis et non audierunt et audire. 18 vos autem 19 venit malignus . . . illud quod. 20 audit verbum. 21 temporalis est . . . ac *pro* et. 22 seminatus est . . . suffocant. 23 in terram bonam . . . centissimum . . . sexagissimum . . . tricensimum . . . *om.* porro.

bona seminatus est, hic est qui audit verbum et in-
tellegit, et fructum affert, et facit aliud quidem cen-
tum, aliud autem sexaginta, porro aliud triginta.
40 24 Aliam parabolam proposuit illis dicens
Simile factum est regnum caelorum homini qui
seminavit bonum semen in agro suo. 25 Cum
autem dormirent homines, venit inimicus eius et
superseminavit zizania in medio tritici et abiit.
26 Cum autem crevisset herba et fructum fecis-
set, tunc apparuerunt et zizania. 27 Accedentes
autem servi patris familias dixerunt ei Domine,
nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde
ergo habet zizania? 28 Et ait illis Inimicus
homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei Vis,
imus et colligimus ea? 29 Et ait Non, ne forte
colligentes zizania eradicetis simul et triticum
cum eis. 30 Sinite utraque crescere usque ad
messem, et in tempore messis dicam messoribus
Colligite primum zizania et alligate ea fasciculos

Codex D.—26 apparuit zizania. 27 patri familias. 29 cum eis et triticum.

Codex K.—24 eis . . . homini regnum caelorum. 26 *om.* et *sec.* 27 patri familias. 28 colligemus. 29 ait eis . . . . eradicetis *post* cum eis. 30 sed sinite . . . messoribus meis.

ad comburendum, triticum autem congregate in
horreum meum. 31 Aliam parabolam proposuit
eis dicens Simile est regnum caelorum grano
sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro
suo: 32 quod minimum quidem est omnibus
seminibus; cum autem creverit, maius est omnibus holeribus et fit arbor, ita ut volucres caeli
veniant et habitent in ramis eius. 33 Aliam
parabolam locutus est eis dicens Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier
abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum.

34 Haec omnia locutus est Iesus in parabolis
ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis;
35 ut adimpleretur quod dictum erat per prophetam dicentem Aperiam in parabolis os meum,
eructabo abscondita a constitutione mundi.

36 Tunc dimissis turbis venit in domum, et
accesserunt ad eum discipuli eius dicentes Dissere
nobis parabolam zizaniorum agri. 37 Qui respondens ait Qui seminat bonum semen est filius

---

Codex K.—32 *om.* quidem . . . maius fit . . . inhabitent. 33
farina. 35 inpleretur . . . dictum est . . . absconsa. 36 Domine dissere . . . tritici et zizaniorum.

hominis, 38 ager autem est mundus, bonum
vero semen hi sunt filii regni; zizania autem filii
sunt nequam, 39 inimicus autem qui seminavit
ea est diabolus; messis vero consummatio saeculi
est, messores autem angeli sunt. 40 Sicut ergo
colliguntur zizania et igni comburuntur, sic erit
in consummatione saeculi. 41 Mittet filius ho-
minis angelos suos, et colligent de regno eius
omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem,
42 et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus
et stridor dentium. 43 Tunc iusti fulgebunt
sicut sol in regno patris sui. Qui habet aures
audiat. [**41**] 44 Simile est regnum caelorum
thesauro abscondito in agro, quem qui invenit
homo abscondit, et prae gaudio illius vadit et
vendit universa quae habet, et emit agrum illum.
45 Iterum simile est regnum caelorum homini
negotiatori quaerenti bonas margaritas; 46 in-
venta autem una pretiosa margarita abiit et ven-

Codex D.—39 zabulus. 43 patris eorum.

Codex K.—38 hic mundus . . . diabuli nequam. 39 messores vero. 43 patris eorum . . . audiendi audiat. 46 margarita praetiosa.

didit omnia quae habuit, et emit eam. 47 Iterum
simile est regnum caelorum sagenae missae in
mare ex omni genere piscium congreganti, 48
quam cum impleta esset educentes et secus litus
sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem
foras miserunt. 49 Sic erit in consummatione
saeculi: exibunt angeli et separabunt malos de
medio iustorum, 50 et mittent eos in caminum
ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. 51 In-
tellexistis haec omnia? Dicunt ei Etiam. 52 Ait
illis Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum
similis est homini patri familias, qui profert de
thesauro suo nova et vetera.

53 Et factum est cum consummasset Iesus
parabolas istas, transiit inde. 54 Et veniens in
patriam suam docebat eos in synagogis eorum,
ita ut mirarentur et dicerent Unde huic sapientia

50 (*mittent ignis in caminum ignis*).

Codex D.—47 et ex . . . . *om.* piscium. 51 intellegistis. 54 virtutes.

Codex K.—47 quae ex . . . . congregati. 48 eduxerunt ad litus et sedentes . . . . vassa sua . . . . misserunt foras. 51 dixit eis intellexistis . . . etiam domine. 52 et ait. 53 transivit. 54 virtutes.

haec et virtus? 55 Nonne hic est fabri filius?
nonne mater eius dicitur Maria, et frater eius
Iacobus et Ioseph et Simon et Iudas? 56 et
sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Unde
ergo huic omnia ista? 57 Et scandalizabantur
in eo. Iesus autem dixit eis Non est propheta
sine honore nisi in patria sua et in domo sua.
58 Et non fecit ibi virtutes multas propter incre-
dulitatem illorum.

XIV.

[**42**] 1 In illo tempore audiit Herodes te-
trarcha famam Iesu, 2 et ait pueris suis Hic est
Iohannes baptista: ipse surrexit a mortuis, et
ideo virtutes operantur in eo. 3 Herodes enim
tenuit Iohannem et alligavit eum et posuit in car-
cerem propter Herodiadem uxorem fratris sui.
4 Dicebat enim illi Iohannes Non licet tibi ha-

CODEX D.—55 et mater . . . fratres. XIV. 3 carcere.

CODEX K.—55 filius Ioseph . . . . fratres . . . . Iacobus et Iohannis et Ioseph et. 57 scandalizabuntur. 58 et ideo non . . . eorum. XIV. 1 audivit . . . . de Iesu. 2 numquid hic . . . . baptista quem ego decollavi, ipse. 3 possuit eum . . . carcere . . . sui Philippi.

bere eam. 5 Et volens illum occidere timuit
populum, quia sicut prophetam eum habebant.
6 Die autem natalis Herodis saltavit filia Hero-
diadis in medio et placuit Herodi; 7 unde cum
iuramento pollicitus est ei dare quodcumque
postulasset ab eo. 8 At illa praemonita a matre
sua Da mihi, inquit, hic in disco caput Iohannis
baptistae. 9 Et contristatus est rex; propter
iuramentem autem et eos qui pariter recumbe-
bant iussit dari, 10 misitque et decollavit Io-
hannem in carcere. 11 Et allatum est caput eius
in disco et datum est puellae, et tulit matri suae.
12 Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus
et sepelierunt illud, et venientes nuntiaverunt
Iesu. 13 Quod cum audisset Iesus, secessit inde
in navicula in locum desertum seorsum; et cum
audissent turbae, secutae sunt eum pedestres de
civitatibus.

14 Et exiens vidit turbam multam, et misertus

Codex D.—14 (eius = *Am.*).

Codex K.—5 volens eum. 6 *om.* filia Herodiadis . . . in medio triclinio. 8 dixit, da mihi hic . . . . in disco *post* baptistae. 9 Herodis *pro* rex . . . . et propter eos. 11 et puella adtulit. 12 corpus eius. 14 missertus eis (*om.* est).

est eius et curavit languidos eorum. [**43**] 15
Vespere autem facto accesserunt ad eum dis-
cipuli eius dicentes Desertus est locus, et hora
iam praeteriit: dimitte turbas, ut euntes in cas-
tella emant sibi escas. 16 Iesus autem dixit eis
Non habent necesse ire: date illis vos manducare.
17 Responderunt ei Non habemus hic nisi quin-
que panes et duos pisces. 18 Qui ait eis Afferte
illos mihi huc. 19 Et cum iussisset turbam dis-
cumbere supra faenum, acceptis quinque panibus
et duobus piscibus aspiciens in caelum benedixit,
et fregit et dedit discipulis panes, discipuli autem
turbis. 20 Et manducaverunt omnes et saturati
sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos
fragmentorum plenos. 21 Manducantium autem
fuit numerus quinque milia virorum, exceptis
mulieribus et parvulis.

22 Et statim iussit discipulos ascendere in na-
vicula et praecedere eum trans fretum, donec

CODEX D.—19 *om.* et *quart.*

CODEX K.—17 ei dicentes . . . . panes .u. 19 discipulis suis . . . dederunt turbis. 22 discipulis suis . . . . ut praecederent . . . donec ipse.

dimitteret turbas. 23 Et dimissa turba ascendit
in montem solus orare. Vespere autem facto
solus erat ibi. 24 Navicula autem in medio mari
iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.
25 Quarta autem vigilia noctis venit ad eos am-
bulans supra mare. 26 Et videntes eum supra
mare ambulantem turbati sunt, dicentes quia
phantasma est, et prae timore clamaverunt. 27
Statimque Iesus locutus est eis dicens Habete
fiduciam: ego sum, nolite timere. 28 Respon-
dens autem Petrus dixit Domine, si tu es, iube
me venire ad te super aquas. 29 At ipse ait
Veni. Et descendens Petrus de navicula ambu-
labat super aquam ut veniret ad Iesum. 30
Videns vero ventum validum timuit, et cum coe-
pisset mergeri, clamavit dicens Domine, salvum
me fac. 31 Et continuo Iesus extendens manum
apprehendit eum, et ait illi Modicae fidei, quare
dubitasti? 32 Et cum ascendisset in naviculam,
cessavit ventus. 33 Qui autem in navicula erant

CODEX K.—24 erat autem illis ventus contrarius. 26 pro timore. 29 super mare. 30 mergi. 31 et adprachendit (*sic*).

venerunt et adoraverunt eum dicentes Vere filius
dei es.

44 34 Et cum transfretassent, venerunt in ter-
ram Gennesar. 35 Et cum cognovissent eum
viri loci illius, miserunt in universam regionem
illam, et optulerunt ei omnes male habentes, 36
et rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti eius
tangerent: et quicumque tetigerunt salvi facti
sunt.

XV.

45 1 Tunc accesserunt ad eum ab Hierosoly-
mis scribae et Pharisaei dicentes 2 Quare disci-
puli tui transgrediuntur traditionem seniorum?
non enim lavant manus suas cum panem mandu-
cant. 3 Ipse autem respondens ait illis Quare
et vos transgredimini mandatum dei propter tra-
ditionem vestram? Nam deus dixit 4 Honora
patrem tuum et matrem, et Qui male dixerit patri

CODEX D.—34 transfretasset . . . Gennessaret.

CODEX K.—33 dei filius es tu. 34 Genezar. 35. *Post* illius *add.* venerunt et adoraverunt eum et. 36 *om.* et *sec.* XV. 2 manus suas lavant. 3 transgrediemini. 4 matrem tuam.

vel matri, morte moriatur. 5 Vos autem dicitis
Quicumque dixerit patri vel matri Munus quod-
cumque est ex me tibi proderit, 6 et non hono-
rificabit patrem suum aut matrem: et irritum
fecistis mandatum dei propter traditionem ves-
tram. 7 Hypocritae, bene prophetavit de vobis
Esaias dicens 8 Populus hic labiis me honorat,
cor autem eorum longe est a me: 9 sine causa
autem colunt me docentes doctrinas et mandata
hominum. 10 Et convocatis ad se turbis dixit
eis Audite et intellegite. 11 Non quod intrat in
os coinquinat hominem; sed quod procedit ex
ore, hoc coinquinat hominem. 12 Tunc acce-
dentes discipuli eius dixerunt ei Scis quia Phari-
saei audito verbo scandalizati sunt? 13 At ille
respondens ait Omnis plantatio quam non plan-
tavit pater meus caelestis eradicabitur. 14 Sinite
illos: caeci sunt duces caecorum. Caecus autem
si caeco ducatum praestet, ambo in foveam

6 (*honorificavit*).

Codex D.—XV. 5 *om.* est. 6 honorificavit . . . . matrem suam.

Codex K.—5 vel patri vel matri suae quicumque dixerit . . . ex me est. 6 honorificavit . . . vel matrem. 9 me colunt. 11 in os intrat. 12 hoc verbo. 14 cadent.

INCIPIT CODEX USSERIANUS.

udite

cadunt. 15 Respondens autem Petrus dixit ei
Edissere nobis parabolam istam.

16 At ille dixit Adhuc et vos sine intellectu
estis? 17 Non intellegitis quia omne quod in os
intrat in ventrem vadit et in secessum emittitur?
18 Quae autem procedunt de ore de corde ex-
eunt, et ea coinquinant hominem. 19 De corde
enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adul-
teria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blas-
phemiae. 20 Haec sunt quae coinquinant
hominem; non lotis autem manibus manducare
non coinquinat hominem.

46 21 Et egressus inde Iesus secessit in partes
Tyri et Sidonis. 22 Et ecce mulier Chananaea
a finibus illis egressa clamavit dicens Miserere
mei, domine filii David: filia mea male a dae-
monio vexatur. 23 Qui non respondit ei ver-
bum. Et accedentes discipuli eius rogabant

17 (*secessu*).

Codex D.—15 dissere.

Codex K.—15 dissere. 17 in secesum recessit mittitur. 18 exeunt, haec. 19 furta *post* blasfemiae, *deinde add.* avaritia nequitia doli. 20 coinquinant (*bis*). 22 ad eum dicens.

dhuc et uos si
intellegitis quia o
trat in uentrem uad
titur quae autem pr
de corde exeunt exeu
nes maleae homicidia
ones furta falsa test
haec sunt quae
em non lotis aut
re non coinquina
inde ihs secessit
ecce mu
egr

eum dicentes Dimitte eam, quia clamat post nos.
24 Ipse autem respondens ait Non sum missus nisi
ad oves quae perierunt domus Israhel. 25 At
illa venit et adoravit eum dicens Domine, adiuva
me. 26 Qui respondens ait Non est bonum su-
mere panem filiorum et mittere canibus. 27 At
illa dixit Etiam, domine: nam et catelli edunt de
micis quae cadunt de mensa dominorum suorum.
28 Tunc respondens Iesus ait illi O mulier, mag-
na est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est
filia illius ex illa hora.

29 Et cum transisset inde Iesus, venit secus
mare Galilaeae, et ascendens in montem sedebat
ibi. 30 Et accesserunt ad eum turbae multae,
habentes secum mutos clodos caecos debiles et
alios multos, et proiecerunt eos ad pedes eius, et
curavit eos, 31 ita ut turbae mirarentur viden-
tes mutos loquentes, clodos ambulantes, caecos
videntes, et magnificabant deum Israhel.

Codex D.—24 non sum ihs̄ nisi. 31 et clodos.

Codex K.—27 catuli . . . de mensas. 28 ait ei. 29 venit iterum. 30 eos omnes. 31 dominum Israhel.

uua me dn̄e ips
xit non licet acci
ere canibus ad illa
nam et catelli edunt
dent de mensa domin
nc respondens ihs̄ ait
fides tua fiat tibi sicu
filia eius ex illa hora
nde uenit iterum sec
runt ad eum t
os clodos debiles m
icerunt
omn

47 32 Iesus autem convocatis discipulis suis
dixit Misereor turbae, quia triduo iam perseve-
rant mecum et non habent quod manducent: et
dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.
33 Et dicunt ei discipuli Unde ergo nobis in
deserto panes tantos ut saturemus turbam tan-
tam? 34 Et ait illis Iesus Quot panes habetis?
At illi dixerunt Septem, et paucos pisciculos.
35 Et praecepit turbae ut discumberet super ter-
ram. 36 Et accipiens septem panes et pisces et
gratias agens fregit et dedit discipulis suis, et
discipuli dederunt populo. 37 Et comederunt
omnes et saturati sunt. Et quod superfuit de
fragmentis tulerunt, septem sportas plenas. 38
Erant autem qui manducaverunt quattuor milia
hominum extra parvulos et mulieres. 39 Et di-
missa turba ascendit in naviculam, et venit in
fines Magedan.

Codex D.—32 triduum . . . *om.* iam. 34 *om.* illis. 35 praecipit . . . . discumberent. 36 *om.* et *tert.* 39 in̄ nūbibūs in finibus (*sic.* i. e. ‘in nubibus’ *delentur.*).

Codex K.—32 vocatis . . . . turbae huic . . . . triduum est iam quod . . . *om.* et *sec.* 33 saturentur turbae multae. 34 et Iesus ait illis. 35 praecipit . . . discumberent. 36 accipiens Ihs̄ . . . *om.* et *tert.* . . . benedixit fregit.

HIAT CODEX USSERIANUS.

XVI. 1 Et accesserunt ad eum Pharisaei et
Sadducaei temtantes, et rogaverunt eum ut sig-
num de caelo ostenderet eis. 2 At ille respondens
ait eis Facto vespere dicitis Serenum erit, rubi-
cundum est enim caelum: 3 et mane Hodie tem-
pestas, rutilat enim triste caelum. 4 Faciem ergo
caeli diiudicare nostis, signa autem temporum
non potestis. Generatio mala et adultera signum
quaerit, et signum non dabitur ei nisi signum
Ionae. Et relictis illis abiit.

5 Et cum venissent discipuli eius trans fretum,
obliti sunt panes accipere. 6 Qui dixit illis In-
tuemini et cavete a fermento Pharisaeorum et
Sadducaeorum. 7 At illi cogitabant inter se
dicentes quia panes non accepimus. 8 Sciens
autem Iesus dixit Quid cogitatis inter vos, modi-
cae fidei, quia panes non habetis? 9 Nondum
intellegitis, neque recordamini quinque panum
quinque milia hominum, et quot cophinos sump-
sistis? 10 neque septem panum quattuor milia
hominum, et quot sportas sumpsistis? 11 Quare

CODEX D.—XVI. 9 panium in. 10 panium et quatuor milium.

CODEX K.—XVI. 2 erit in cras . . . *om.* enim . . . caelum
cum nubibus. 3 mane dicitis. 4 hipochritae, faciem . . .

HIAT CODEX USSERIANUS.

---

iudicare . . . Ionae profetae. 6 dixit eis, Adtendite vobis et cavete. 7 accipimus. 8 Iesus cogitationes eorum. 9 de quinque panibus et . . . milibus. 10 panes et quattuor.

non intellegitis quia non de pane dixi vobis Cavete
a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum? 12
Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum
a fermento panum sed a doctrina Pharisaeorum
et Sadducaeorum.

48 13 Venit autem Iesus in partes Caesareae
Philippi, et interrogabat discipulos suos dicens
Quem dicunt homines esse filium hominis? 14
At illi dixerunt Alii Iohannem baptistam, alii
autem Heliam, alii vero Hieremiam aut unum ex
prophetis. 15 Dicit illis Vos autem quem me
esse dicitis? 16 Respondens Simon Petrus dixit
Tu es Christus filius dei vivi. 17 Respondens
autem Iesus dixit Beatus es, Simon Bar Iona,
quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater
meus qui in caelis est. 18 Et ego dico tibi quia
tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo
ecclesiam meam, et portae inferi non praevale-
bunt adversum eam. 19 Et tibi dabo claves
regni caelorum: et quodcumque ligaveris super
terram, erit ligatum in caelis; et quodcumque

CODEX D.—12 panium. 13 esse homines. 17 dixit ei . . . revelabit.

CODEX K.—12 non de panibus dixerit Cavete . . . . de

erroga . . t di
omines dicant e
dixerunt iohannem
eliam alii uero ierem
is dicit ills ihs̄ uos a
se respondens simon
s filius d̄i uiui, respon
it illi . beatus es simo
ro et sanguis non reuel
eus qui in caelis est
s et super hanc pe
m meam et por . . . . nfe
unt ei et ti . . . . la
quaec
t lig

---

doctrina . . . . . . *fin. add.* adtendere sibi. 15 illi. 16 respondens autem. 17 dixit ei. 18 inferni . . . . adversus. 19 quaecumque (*bis*).

solveris super terram, erit solutum in caelis. **49**
20 Tunc praecepit discipulis suis ut nemini dice-
rent quia ipse esset Iesus Christus.

21 Exinde coepit Iesus ostendere discipulis
suis quia oporteret eum ire Hierosolymam et
multa pati a senioribus et scribis et principibus
sacerdotum et occidi et tertia die resurgere. 22
Et adsumens eum Petrus coepit increpare illum
dicens Absit a te, domine: non erit tibi hoc.
23 Qui conversus dixit Petro Vade post me,
satana: scandalum es mihi, quia non sapis ea
quae dei sunt sed ea quae hominum.

24 Tunc Iesus dixit discipulis suis Si quis vult
post me venire, abneget semet ipsum et tollat
crucem suam et sequatur me. 25 Qui enim
voluerit animam suam salvam facere, perdet
eam; qui autem perdiderit animam suam propter
me, inveniet eam. 26 Quid enim prodest homini
si mundum universum lucretur, animae vero suae
detrimentum patiatur? aut quam dabit homo
commutationem pro anima sua? 27 Filius enim

Codex D.—20 praecipit. 21 oportet . . . . in Hyerusolimam.

Codex K.—19 erunt (*bis*) . . . ligata et in caelo . . . soluta

um d . . m resu
etrus caepit incr
a te propitius tibi d
se conuersus dixit Pe
me satanas scanda
dixit discipulis suis siq
nire abneget seipsum
uam et sequatur me q
saluā
animam suam facere
perdiderit anima
eniet eam quid e
unc mundum l
etrimentu
homo c
filiu

13 salvā *m. sec.*

---

et in. 20 praecipit. 21 in Hyerusolimam. 23 satanas . . . sunt dei . . . quae sunt hominum. 24 se ipsum sibi. 26 quid autem . . . universum mundum.

hominis venturus est in gloria patris sui cum
angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum
opus eius. 28 Amen dico vobis, sunt quidam de
hic stantibus qui non gustabunt mortem donec
videant filium hominis venientem in regno suo.
XVII. **50** 1 Et post dies sex adsumsit Iesus
Petrum et Iacobum et Iohannem fratrem eius, et
ducit illos in montem excelsum seorsum: 2 et
transfiguratus est ante eos, et resplenduit facies
eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt
alba sicut nix. 3 Et ecce apparuit illis Moses et
Helias cum eo loquentes. 4 Respondens autem
Petrus dixit ad Iesum Domine, bonum est nos
hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula,
tibi unum et Mosi unum et Heliae unum. 5
Adhuc eo loquente, ecce nubis lucida obumbra-
vit eos, et ecce vox de nube dicens Hic est filius
meus dilectus, in quo mihi bene complacuit:
ipsum audite. 6 Et audientes discipuli cecide-
runt in faciem suam et timuerunt valde. 7 Et
accessit Iesus et tetigit eos dixitque eis Surgite
et nolite timere. 8 Levantes autem oculos suos

CODEX D.—27 opus suum.

CODEX K.—27 opera. 28 de hiis adstantibus. XVII. 1 et

adsumpsit
hann
montem excelsum
ratus est ihs̄ ante
eius sicut sol uestim
al ba sicut nix et
ses et helias cum eo loq
s autem petrus dixit ad
est nobis hic esse si uis
bernacula unum
um et heliae adhuc
candida ad
uox de nube dicen
tu . . filius in quo bene
et audiente
ciem suam
t ihs̄

---

factum est post . . . . duxit. 2 resplendidit. 4 nobis . . . . unum tibi. 5 conplacui. 6 et ecce. 7 et dixit.

neminem viderunt nisi solum Iesum. 9 Et de-
scendentibus illis de monte praecepit Iesus dicens
Nemini dixeritis visionem donec filius hominis a
mortuis resurgat. 10 Et interrogaverunt eum
discipuli dicentes Quid ergo scribae dicunt quod
Heliam oporteat primum venire? 11 At ille
respondens ait Helias quidem venturus est et
restituet omnia: 12 dico autem vobis quia Helias
iam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt
in eo quaecumque voluerunt. Sic et filius homi-
nis passurus est ab eis. 13 Tunc intellexerunt
discipuli quia de Iohanne baptista dixisset.

14 Et cum venisset ad turbam, accessit ad
eum homo genibus provolutis ante eum 15 di-
cens Domine, miserere filii mei, quia lunaticus
est et male patitur: nam saepe cadit in ignem et
crebro in aquam. 16 Et optuli eum discipulis
tuis, et non potuerunt curare eum. 17 Respon-
dens Iesus ait O generatio incredula et perversa,
quo usque ero vobiscum? usque quo patiar vos?
Afferte huc illum ad me. 18 Et increpavit eum

Codex D.—9 praecipit. 11 ait eis. 12 quod Helias. 13 dixit eis. 14 provolutis = *Am.*

Codex K.—9 praecipit. 10 quid enim ... primum oportet.

gauerunt e
ergo dicunt scrib
primum uenire
elias quidem uentu
mnia dico autem
enit et non cognoueru
unt ei quanta uolueru
exerunt discipuli quo
baptista dixit illis sic et
esse habet pati ab eis et
am accessit ad eum
prouolutus dicens dn̄e mise
quia lunaticus est et male t
nam saepius in ignem cadit
aqua et obtuli eum dis
uerunt curare e
ihs o gener : tio

---

11 ait illis. 13 dixit eis. 14 turbas. 15 filio meo. 17 mihi illum huc ad me.

Iesus, et exiit ab eo daemonium, et curatus est
puer ex illa hora. 19 Tunc accesserunt discipuli
ad Iesum secreto et dixerunt Quare nos non po-
tuimus eicere illum? 20 Dicit illis Propter in-
credulitatem vestram. Amen quippe dico vobis,
si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis
monti huic Transi hinc, et transibit, et nihil in-
possibile erit vobis. 21 Hoc autem genus non
eicitur nisi per orationem et ieiunium.

22 Conversantibus autem eis in Galilaea, dixit
illis Iesus Filius hominis tradendus est in manus
hominum, 23 et occident eum, et tertio die resur-
get. Et contristati sunt vehementer.

51 24 Et cum venissent Capharnaum, accesse-
runt qui didragma accipiebant ad Petrum et
dixerunt Magister vester non solvit didragma?
25 Ait Etiam. Et cum intrasset domum, prae-
venit eum Iesus, dicens Quid tibi videtur, Si-
mon? reges terrae a quibus accipiunt tributum
vel censum? a filiis suis, an ab alienis? 26 Et

Codex D.—20 quidem* *pro* fidem. 22 dixit eis. 23 tertia. 25 in domum.

Codex K.—19 dixerunt ei. 20 et dixit eis . . . hinc illuc.

quare no
dicit illis ihs̄
estram amen
ritis fidem sicut gra
nti huic transi hinc
et nihil inpossibile
genus non eicitur
et ieiunium ipsis autem
us in galilea dixit ihs̄ f
us hominis tradatur in
et occident eum et po
get et contristati sunt
nisset ihs̄ in cafarnaum ac
qui dragma exigebant ad
ixerunt magister uester n
ma ait utique et intran
uenit eum ihs̄ dic

---

22 et conversantibus autem illis . . . . Galileam . . . . futurum est ut filius hominis tradetur. 23 tertia. 24 in Cafarnaum. 25 et ait . . . in domum.

ille dixit Ab alienis. Dixit illi Iesus Ergo liberi
sunt filii. 27 Ut autem non scandalizemus eos,
vade ad mare et mitte hamum, et eum piscem
qui primus ascenderit tolle, et aperto ore eius
invenies staterem: illum sumens da eis pro me
et te.

XVIII. **52** 1 In illa hora accesserunt discipuli
ad Iesum dicentes Quis putas maior est in regno
caelorum? 2 Et advocans Iesus parvulum statuit
eum in medio eorum 3 et dixit Amen dico vo-
bis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut
parvuli, non intrabitis in regno caelorum. 4
Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus
iste, hic est maior in regno caelorum: 5 et qui
susceperit unum parvulum talem in nomine meo,
me suscipit: 6 qui autem scandalizaverit unum
de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut
suspendatur mola asinaria in collo eius et demer-
gatur in profundum maris. 7 Vae mundo ab
scandalis. Necesse est enim ut veniant scan-
dala, verum tamen vae homini per quem scanda-

Codex D.—XVIII. 3 in regnum.

Codex K.—26 dicente autem illo. 27 ut ergo . . . amum tuum . . . . invenies ibi. XVIII. 3 in regnum. 4 hic erit.

re et mitte
qui primus asce
ore eius inuenies
e et da pro me et t
die accesserunt d
dicentes quis putas mai
aelorum et ihs̄ uocauit
it eum in medio eorum et
uobis nisi conuersi fue
sicut puer iste non in
g:um caelorum quicun
auerit se sicut puer iste hic
regno caelorum et qui acc
talem in nomine meo me ac
candalizauerit unum de p
me credunt expedit ei u
asinaria eius in
und

5 me suscepit. 6 de minimis istis. 7 vae autem mundo huic . . . homini illi . . . venit scandalum.

lum venit. 8 Si autem manus tua vel pes tuus
scandalizat te, abscide eum et proice abs te: bo-
num tibi est ad vitam ingredi debilem vel clo-
dum, quam duas manus vel duos pedes habentem
mitti in ignem aeternum. 9 Et si oculus tuus
scandalizat te, erue eum et proice abs te: bo-
num tibi est uno oculo in vitam intrare, quam
duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.
10 Videte ne contemnatis unum ex his pusillis:
dico enim vobis quia angeli eorum in caelis sem-
per vident faciem patris mei qui in caelis est. 11
Venit enim filius hominis salvare quod perierat.
12 Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum
oves et erraverit una ex eis, nonne relinquet
nonaginta novem in montibus et vadit quaerere
eam quae erravit? 13 Et si contigerit ut inve-
niat eam, amen dico vobis quia gaudebit super
ea magis quam super nonaginta novem quae non

CODEX D.—8 pedes*. 9 ad vitam. 10 condempnatis. 13 super eam.

CODEX K.—8 eam . . . . est tibi ingredi debilem ad vitam vel. 9 scandalizet . . . . est tibi unum oculum habere et ingredi in vitam . . . oculos habere et. 10 condempnatis . . . de pussillis istis qui credunt in me . . . qui angeli. 12 alicui homini . . . et una . . . vadet . . . erraverat. 13 super eam.

abscide eum
i est in uitam ue
m quam duos pede
nem aeternum et si o
at te er$\overset{e}{u}$ eum et pro
i est unum oculum hab
nire quam duos habe
hennam ignis . uidete ne c
m de pusillis istis qui cred
nim uobis quod angeli e
mper uident faciem patris
lis uenit enim filius ho
quod perierat quid enim
si fuerint alicui centum ou
t una ex his nonne relin
ibus et uadit quaer
auit et si contige
dico uob

---

8 (*sic m. pr. ut vid.*)

erraverunt. 14 Sic non est voluntas ante patrem
vestrum qui in caelis est ut pereat unus de pusil-
lis istis. **53** 15 Si autem peccaverit in te frater
tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum so-
lum : si te audierit, lucratus eris fratrem tuum :
16 si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc
unum vel duos, ut in ore duorum testium vel
trium stet omne verbum. 17 Quod si non audie-
rit eos, dic ecclesiae : si autem et ecclesiam non
audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. 18
Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super
terram, erunt ligata et in caelo ; et quaecumque
solveritis super terram, erunt soluta et in caelo.
19 Iterum dico vobis quia si duo ex vobis con-
senserint super terram de omni re [quamcumque]
petierint, fiet illis a patre meo qui in caelis est :
20 ubi enim sunt duo vel tres congregati in no-
mine meo, ibi sum in medio eorum.

[**54**] 21 Tunc accedens Petrus ad eum dixit
Domine, quoties peccabit in me frater meus et

19 (*quaecumque**).

Codex D.—17 *om.* et *prius.* 19 quiacumque. 21 in me peccabit.

Codex K.—15 vade et argue . . . . lucratus es. 16 adhuc adhibe tecum . . . duorum vel trium testium. 17 *om.* et *prius*

in te frater
inter te et ipsu
cratus est fratre
n audierit adibe te
duos ut ìn ore du
et omne uerbum
audierit eos dic eclesia
siam non audierit sit tib
et publicanus amen d
que alligaueritis super t
in caelo . et quaecum
super terram erint soluta i
rum amen dico uobis quia si
uenerit in terra inter
quamcumque petierin
qui in caelis est ub
es congregati in

5 (*punct. sic*).   16 (*post* 'inter,' 'uo,' *ut vid.*)

. . . . sicut gentilis. 18 caelis (*bis*). 19 Iterum dixit amen dico . . . si convenerint duo ex vobis . . . a patre meo fiet cum illis. 20 ibi et ego. 21 domine quoniam si peccaverit in me frater meus quoties dimittam.

dimittam ei? usque septies? 22 Dicit illi Iesus
Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies
septies. 23 Ideo adsimilatum est regnum caelo-
rum homini regi qui voluit rationem ponere cum
servis suis. 24 Et cum coepisset rationem po-
nere, oblatus est ei unus qui debebat decem milia
talenta. 25 Cum autem non haberet unde red-
deret, iussit eum dominus venundari et uxorem
eius et filios et omnia quae habebat, et reddi de-
bitum. 26 Procidens autem servus ille orabat
eum dicens Patientiam habe in me, et omnia
reddam tibi. 27 Misertus autem dominus servi
illius dimisit eum, et debitum dimisit ei. 28
Egressus autem servus ille invenit unum de con-
servis suis qui debebat ei centum denarios, et
tenens suffocabat eum dicens Redde quod debes.
29 Et procidens conservus eius rogabat eum
dicens Patientiam habe in me, et omnia reddam

26 (*procedens*).

Codex D.—24 debeat*. 25 reddi tantum. 26 procedens (= *Am.*, *et* 29) . . . rogabat.

Codex K.—21 in septies. 22 septuagies et septies. 26 procedens (*et* 29) . . . ille rogabat . . . in me domine. 27 illi servo . . . remissit ei.

abitum
omini regi qui
re cum seruis suis
em ponere oblatus e
at decemilia tale
n haberet unde redde
m dn̄s uenundari et ux
us et omnia quae habeba
ebitum procidens au
e orabat eum dicen
be in me dn̄e et omnia
misertus est autem dn̄s seru
it eum et debitum dimisit
ens seruus ille inuenit unu
eius qui debebat ei cen
ad praehendens s
quo

tibi. 30 Ille autem noluit, sed abiit et misit eum
in carcerem donec redderet debitum. 31 Viden-
tes autem conservi eius quae fiebant contristati
sunt valde, et venerunt et narraverunt domino
suo omnia quae facta erant. 32 Tunc vocavit
illum dominus suus et ait illi Serve nequam,
omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me:
33 non ergo oportuit et te misereri conservi tui,
sicut et ego tui misertus sum? 34 Et iratus do-
minus eius tradidit eum tortoribus, quoad usque
redderet universum debitum. 35 Sic et pater
meus caelestis faciet vobis, si non remiseritis
unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

XIX. **55** 1 Et factum est cum consummas-
set Iesus sermones istos, migravit a Galilaea et
venit in fines Iudaeae trans Iordanen, 2 et
secutae sunt eum turbae multae, et curavit eos
ibi.

3 Et accesserunt ad eum Pharisaei temptantes
eum et dicentes Si licet homini dimittere uxorem

Codex K.—31 et narrantes . . . facta fuerant. 32 dominus eius. 33 conservo tuo. XIX. 1 cum summasset . . . sermones hos, transtulit se. 2 curabat.

conser
unt et uen
o suo omnia quae
cauit illum dn̄s suu
e qua omnem debitu
quoniam rogasti me
te conseruo quoque t
o tui misertus sum et ira
tradidit eum tortori
redderet uniuersum
is faciet pater meus qu
non remiseritis unusquis
uo de cordibus uestris - - - e
li. **cum locutus esset sermo**
ranstulit se in Galilea e
deae trans iordanem
urbae multae et c
nt a

suam quacumque ex causa? 4 Qui respondens
ait eis Non legistis quia qui fecit ab initio mas-
culum et feminam fecit eos, 5 et dixit Propter
hoc dimittit homo patrem et matrem et adhaere-
bit uxori suae, et erunt duo in carne una? 6
Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod
ergo deus coniunxit, homo non separet. 7 Di-
cunt illi Quid ergo Moses mandavit dari libel-
lum repudii et dimittere? 8 Ait illis Quoniam
Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis
dimittere uxores vestras: ab initio autem non
sic fuit. 9 Dico autem vobis quia quicumque
dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et
aliam duxerit, moechatur, et qui dimissam dux-
erit, moechatur. 10 Dicunt ei discipuli eius Si
ita est causa homini cum muliere, non expedit nu-
bere. 11 Qui dixit Non omnes capiunt verbum
istud, sed quibus datum est. 12 Sunt enim
eunuchi qui de matris utero sic nati sunt, et
sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, et

5 (*dimittit*).

Codex D.—5 dimittet. 7 et dari. 10 cum uxore. 12 eununchaverunt.

Codex K.—4 respondit et . . . . illis. 5 dimittet. 6 *om.*

it propter hoc
matrem et adhere
uo in carne una it
duo sed una caro qu
t in unum homo non d
uid ergo moyses manda
um repudii et dimittere
quoniam ad duritiam
misit uobis moyses dimitter
ab initio autem non fuit
uobis quicumq. dim
m nisi ob causa fornicati
erit moechatur dicun
s si ita est causa uiri cum u
edit nubere . dixit autem
mnis capiunt uerbum
m est sunt enim
sic n

---

iam. 7 dari illi . . . dimittere uxorem. 9 ob causam fornicationis . . . aliam duxerit a marito. 12 eunuchaverunt.

sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt propter
regnum caelorum. Qui potest capere capiat.

56 13 Tunc oblati sunt ei parvuli ut manus
eis inponeret et oraret; discipuli autem increpa-
bant eos. 14 Iesus vero ait eis Sinite parvulos,
et nolite eos prohibere ad me venire: talium est
enim regnum caelorum. 15 Et cum inposuisset
eis manus, abiit inde.

16 Et ecce unus accedens ait illi Magister
bone, quid boni faciam ut habeam vitam aeter-
nam? 17 Qui dixit ei Quid me interrogas de
bono? unus est bonus deus: si autem vis ad
vitam ingredi, serva mandata. 18 Dicit illi
Quae? Iesus autem dixit Non homicidium facies,
non adulterabis, non facies furtum, non falsum
testimonium dices, 19 honora patrem et ma-
trem, et diliges proximum tuum sicut te ipsum.
20 Dicit illi adolescens Omnia haec custodivi:
quid adhuc mihi deest? 21 Ait illi Iesus Si vis
perfectus esse, vade vende quae habes et da pau-

Codex D.—13 increpavit eis. 17 ingredi ad vitam. 21 et vende.

Codex K.—14 parvulos venire ad me et nolite prohibere . . . enim est. 17 ad vitam venire. 18 dicit ille.

fantes ut ma
ret discipuli au
ihs̄ uero ait sinite
os prohibere ad m
im est regnum cael
illis manus abiit in
us accessit ad eum et ait
e quid boni faciam u
m aeternam ad ihs̄ dix
terrogas de bono un
d si uis in uitam uenir
ta . quae dixit illi ihs̄ au
cides non moechaberis
acies non falsum testimon
nora patrem tuum et matr
oximum tuum tamqua
adulescens om

peribus, et habebis thesaurum in caelo, et veni
sequere me. 22 Cum audisset autem adolescens
verbum, abiit tristis: erat enim habens multas
possessiones.

23 Iesus autem dixit discipulis suis Amen dico
vobis quia dives difficile intrabit in regno caelo-
rum. 24 Et iterum dico vobis, facilius est came-
lum per foramen acus transire quam divitem
intrare in regnum caelorum. 25 Auditis autem
his discipuli mirabantur [valde] dicentes Quis er-
go poterit salvus esse? 26 Aspiciens autem
Iesus dixit illis Apud homines hoc inpossibile est,
apud deum autem omnia possibilia sunt.

27 Tunc respondens Petrus dixit ei Ecce nos
reliquimus omnia et secuti sumus te: quid ergo
erit nobis? 28 Iesus autem dixit illis Amen dico
vobis quod vos qui secuti estis me, in regenera-
tione, cum sederit filius hominis in sede maiesta-
tis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim
iudicantes duodecim tribus Israhel. 29 Et omnis

25 (*om.* valde*).

Codex D.—22 cum autem adolescens audisset. 23 in regnum. 27 relinquimus.

ad
tristis erat en
siones . ihs̄ autem
amen dico uobis
dives intrabit in regnum
orum dico uobis facilius est c
foramen acus transire qu
n regnum caelorum auditis
scipuli mirabantur et timeban
e dicentes quis ergo poterit sal
ens autem ihs̄ dixit illis apud
inpossibile est apud dm̄ autem
sibilia sunt tunc respon
dixit ei ecce nos reliquimus
secuti sumus te quid ergo erit nob
dixit illis amen dico uobis qu
ecuti estis me in generation
s hominis in sed
tis et uos s

Codex K.—21 vende omnia . . . habis. 22 verbum haec . . . erat autem. 23 discipulis suis dixit . . . dificele est divitem intrare in regnum. 24 iterum amen . . . . est enim. 25 audientes autem (*om.* his) . . . mirabantur et timebant valde. 26 dixit eis. 27 respondit Petrus dicens. 28 in generatione ista.

qui reliquit domum vel fratres aut sorores aut
patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut
agros propter nomen meum, centuplum accipiet
et vitam aeternam possidebit. 30 Multi autem
erunt primi novissimi, et novissimi primi.

XX. **57** 1 Simile est enim regnum caelorum
homini patri familias, qui exiit primo mane con-
ducere operarios in vineam. 2 Conventione au-
tem facta cum operariis ex denario diurno misit
eos in vineam. 3 Et egressus circa horam ter-
tiam vidit alios stantes in foro otiosos, 4 et illis
dixit Ite et vos in vineam, et quod iustum fuerit
dabo vobis. 5 Illi autem abierunt. Iterum au-
tem exiit circa sextam et nonam horam, et fecit
similiter. 6 Circa undecimam vero exiit et inve-
nit alios stantes, et dicit illis Quid hic statis tota
die otiosi? 7 Dicunt ei Quia nemo nos con-
duxit. Dicit illis Ite et vos in vineam. 8 Cum
sero autem factum esset, dicit dominus vineae

Codex D.—29 reliquerit. XX. 1 *om.* enim. 2 vineam suam.

Codex K.—29 reliquerit . . . agros propter me et propter evangelium. XX. 1 *om.* enim. 2 vineam suam. 3 otiosus in foro stantes. 4 et vos ite . . . vineam meam. 5 et horam nonam. 7 vineam meam. 8 autem sero.

en meum cen
aeternam possid
t primi nouissimi
simile est enim regnum
um homini patri familias
mo mane conducere o
n uineam suam conuention
facto cum operariis ex den
urno misit eos in uineam suam
irca horam tertiam inuenit
in foro otiosos et illis dixi
uos in uinem meam et quod.ustu
rit dabo uobis illi autem abi
um exiuit circa sextam et non
ecit similiter circa undecimam
iit et in uenit alios stantes et
hic statis otiosi to
condu

---

15 (. ustu *sic.*)

procuratori suo Voca operarios et redde illis mer-
cedem, incipiens a novissimis usque ad primos.
9 Cum venissent ergo qui circa undecimam ho-
ram venerant, acceperunt singulos denarios. 10
Venientes autem et primi arbitrati sunt quod plus
essent accepturi: acceperunt autem et ipsi singu-
los denarios. 11 Et accipientes murmurabant
adversus patrem familias 12 Dicentes Hi novis-
simi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti
qui portavimus pondus diei et aestus. 13 At ille
respondens uni eorum dixit Amice, non facio tibi
iniuriam: nonne ex denario convenisti mecum?
14 Tolle quod tuum est et vade: volo autem et
huic novissimo dare sicut et tibi. 15 Aut non
licet mihi quod volo facere? an oculus tuus ne-
quam est quia ego bonus sum? 16 Sic erunt
novissimi primi, et primi novissimi: multi sunt
enim vocati, pauci autem electi.

CODEX D.—9 acciperunt (*et* 10).

CODEX K.—9 autem *pro* ergo. 12 aestum. 15 mihi dare mea et quod volo in meis facere. 16 enim sunt . . . vero *pro* autem.

incipien
cum uenissen
cimam horam uene
t singulos denarios u
em et primi arbitrati sunt q
nt accepturi acceperun
singulos denarios et accipie
murauerunt aduersus patrem
dicentes hii nouissimi una ho
nt et pares illos nobis fecisti qui
s pondus diei et aestus ad ille
dens uni eorum dixit amice n
iniuriam nonne ex denari
nisti mecum tolle quod tuum est
e uolo autem et huic nouissimo da
tibi aut non licet mihi quod uo
de rebus meis an oculus tu
quia ego bonus sum si
et primi nou

58 17 Et ascendens Iesus Hierosolymam as-
sumsit duodecim discipulos secreto et ait illis
18 Ecce ascendimus Hierosolymam, et filius ho-
minis tradetur principibus sacerdotum et scribis,
et condemnabunt eum morte, 19 et tradent eum
gentibus ad deludendum et flagellandum et cru-
cifigendum, et tertia die resurget.

20 Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebe-
daei cum filiis suis adorans et petens aliquid ab
eo. 21 Qui dixit ei Quid vis? Ait illi Dic ut
sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam
et unus ad sinistram in regno tuo. 22 Respon-
dens autem Iesus dixit Nescitis quid petatis. Po-
testis bibere calicem quem ego bibiturus sum?
Dicunt Possumus. 23 Ait illis Calicem qui-
dem meum bibetis; sedere autem ad dexteram
meam et sinistram non est meum dare vobis, sed
quibus paratum est a patre meo. 24 Et audien-
tes decem indignati sunt de duobus fratribus.

17 (*Hierosolymis*).

Codex D.—17 Hyerusolimam. 22 dicunt ei. 23 meum quidem. 24 illi dicem.

Codex K.—17 Hyerusolimam . . . discipulos suos. 22 dixit illis . . . . calicem bibere . . . . dicunt ei. 23 illis Iesus . . . . aut ad sinistram. 24 illi*.

principibus
condemnabunt e
ent eum gentibus a
et flagellandum et cruc
et tertia die resurget - - - -
tunc accessit ad eum mate
orum zebedei cum filiis suis
et petens ab eo aliquid ip
tem dixit quid uis ait et illa dic ut
t hii duo fili mei unus ad dex
am et unus ad sinistram in regn
espondens autem ihs̄ dixit nesc
tatis potestis bibere calicem q
bibiturus sum dicunt ei possum
s ihs̄ calicem quidem meum b
ere autem ad dextram me
stram non est me
s paratum

25 Iesus autem vocavit eos ad se et ait Scitis
quia principes gentium dominantur eorum, et qui
maiores sunt potestatem exercent in eos. 26
Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit
inter vos maior fieri, sit vester minister, 27 et
qui voluerit inter vos primus esse, erit vester
servus: 28 sicut filius hominis non venit minis-
trari, sed ministrare et dare animam suam re-
demptionem pro multis.

potestatem ex
it inter uos sed qui
it inter uos maior fie
minister et qui uoluerit in
mus esse erit uester seruus sic
hominis non uenit ministrari
ministraret et daret animam su
emptionem pro multis uos autem
eritis de pussillo crescere et de m
is minores esse intrantes au
et rogati ad cenam nolite recum
locis eminentioribus ne for
ior te superueniat et accedens
uitauit ad cenam dicat tibi
orsum et confundaris . si a
feriorem recubueris
milior te dic

59 29 Et egredientibus illis ab Hiericho secuta
est eum turba multa. 30 Et ecce duo caeci se-
dentes secus viam audierunt quia Iesus transiret,
et clamaverunt dicentes Domine, miserere nostri,
filii David. 31 Turba autem increpabat eos ut
tacerent. At illi magis clamabant dicentes Do-
mine, miserere nostri, filii David. 32 Et stetit
Iesus et vocavit eos, et ait Quid vultis ut faciam
vobis? 33 Dicunt illi Domine, ut aperiantur
oculi nostri. 34 Misertus autem eorum Iesus
tetigit oculos eorum: et confestim viderunt et
secuti sunt eum.

60 XXI. 1 Et cum appropinquassent Hierosoly-
mis et venissent Bethfage ad montem oliveti, tunc
Iesus misit duos discipulos 2 dicens eis Ite in
castellum quod contra vos est, et statim invenietis
asinam alligatam et pullum cum ea: solvite et
adducite mihi. 3 Et si quis vobis aliquid dixerit,
dicite quia dominus his opus habet, et confestim
dimittet eos. 4 Hoc autem factum est ut imple-
retur quod dictum est per prophetam dicentem
5 Dicite filiae Sion Ecce rex tuus venit tibi man-

Codex K.—29 egredientibus eis. 30 *om.* et *sec.* . . . misere-
rere nobis. 32 eos ad se. 34 autem eis. XXI. 1 adpropin-

dentes super
ihs̄ transiit et c
es dn̄e miserere no
stetit ihs̄ et uocauit eos et ait
faciam uobis dicunt illi dn̄e ut
antur oculi nostri misertus est
em illos ihs̄ et tetigit oculos eorum
nfestim uiderunt et secuti sunt e
v. et cum adpropiassent et uen
ethfage in montem oliueti . tun
misit duos ex discipulis dicent
in castellum quod contra uos
confestim inuenietis asinam al
et pullum cum ea soluite et add
hi et si quis uobis aliquid dix
quia dn̄o opus sunt et conf
eos hoc autem fact
quod dictum

---

quasset . . . . in Bethfage. 4 adinpleretur . . . . per aeseiam profeta.

suetus, et sedens super asinam et pullum [filium]
subiugalis. 6 Euntes autem discipuli fecerunt
sicut praecepit illis Iesus, 7 et adduxerunt asi-
nam et pullum, et inposuerunt super eis vesti-
menta sua, et eum desuper sedere fecerunt. 8
Plurima autem turba straverunt vestimenta sua
in via, alii autem caedebant ramos de arboribus
et sternebant in via; 9 turbae autem quae prae-
cedebant et quae sequebantur clamabant dicentes
Osanna filio David, benedictus qui venturus est
in nomine domini, osanna in altissimis. 10 Et
cum intrasset Hierosolymam, commota est uni-
versa civitas dicens Quis est hic? 11 Populus
autem dicebat Hic est Iesus propheta a Nazareth
Galilaeae.

12 Et intravit Iesus in templum dei, et eiciebat
omnes vendentes et ementes in templo, et mensas

5 (*om.* filium*).

Codex D.—6 exeuntes . . . praecipit. 7 eum super. 10 Hyerusolimis. 11 populi . . . dicebant.

Codex K.—5 *om.* filium. 6 praecipit. 7 super eum. 8 plurimae . . . turbae. 9 praecidebant . . . filii David . . . qui venit . . . . excelsis *pro* altissimis. 11 populi . . . . dicebant. 12 eiciebant.

HIAT CODEX USSERIANUS.

nummulariorum et cathedras vendentium colum-
bas evertit, 13 et dicit eis Scriptum est Domus
mea domus orationis vocabitur: vos autem fecis-
tis illam speluncam latronum. 14 Et accesserunt
ad eum caeci et clodi in templo, et sanavit eos.
15 Videntes autem principes sacerdotum et scri-
bae mirabilia quae fecit, et pueros clamantes in
templo et dicentes Osanna filio David, indignati
sunt 16 et dixerunt ei Audis quid isti dicant?
Iesus autem dicit eis Utique: numquam legistis
quia ex ore infantium et lactantium perfecisti
laudem? **61** 17 Et relictis illis abiit foras extra
civitatem in Bethaniam, ibique mansit.

18 Mane autem revertens in civitatem esuriit,
19 et videns fici arborem unam secus viam venit
ad eam, et nihil invenit in ea nisi folia tantum.
Et ait illi Numquam ex te fructus nascatur in
sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea.

Codex D.—16 isti dicunt . . . dixit.

Codex K.—13 dicens eis (*om.* et) . . . eam *pro* illam. 15 pharissaei *pro* principes sacerd. . . . fecit Iesus . . . *om.* et dicentes . . . filii. 16 isti dicunt . . . non *pro* nunquam. 19 vidit *pro* videns . . . arida facta est.

HIAT CODEX USSERIANUS.

20 Et videntes discipuli mirati sunt dicentes
Quomodo continuo aruit? 21 Respondens au-
tem Iesus ait eis Amen dico vobis, si habueritis
fidem et non haesitaveritis, non solum de ficulnea
facietis, sed et si monti huic dixeritis Tolle et
iacta te in mare, fiet: 22 et omnia quaecumque
petieritis in oratione credentes accipietis.

23 Et cum venisset in templum, accesserunt
ad eum docentem principes sacerdotum et seni-
ores populi dicentes In qua potestate haec facis?
et quis tibi dedit hanc potestatem? 24 Respon-
dens Iesus dixit illis Interrogabo vos et ego
unum sermonem, quem si dixeritis mihi, et ego
vobis dicam in qua potestate haec facio. 25 Bap-
tismum Iohannis unde erat? e caelo an ex ho-
minibus? At illi cogitabant inter se dicentes
26 Si dixerimus E caelo, dicet nobis Quare ergo
non credidistis illi? si autem dixerimus Ex ho-
minibus, timemus turbam: omnes enim habent
Iohannem sicut prophetam. 27 Et respondentes
Iesu dixerunt Nescimus. Ait illis et ipse Nec

CODEX D.—21 tolle te. 25 (baptismum = *Am.*).

CODEX K.—20 aruit ficulnea. 21 tolle te . . . iacta te. 24 eis *pro* illis. 25 (baptismum = *Am.*) . . intra se. 26 quare

amen dico
et non aesitauer
ulnea facietis sed et si
s tolle et iacta te in mari f
aecumq. petieritis in orati
tes accipietis   et cum uenisset
ser
accesunt ad eum principes sacer
t seniores populi dicentes in qua
ate haec facis et quis tibi dedit han
potestatem respondens ihs dixit illis
terrogabo uos et ego unum uerbum q
e mihi et ego uobis dicam in qua potesta
aec facio baptismum iohannis unde
it de caelo an ex hominibus illi autem
tabant inter se dicentes si dixerimu
elo dicet nobis quare non credi
si autem dixerimus ex hominib
s plebem omnes enim hab
si:ut profetam et res
unt

9 ('ser' *man. sec.*)

---

vos non . . ei *pro* illi . . . *om.* autem . . . habebant. 27 ei *pro* Iesu . . . facio.

ego dico vobis in qua potestate haec faciam.
28 Quid autem vobis videtur? Homo habebat
duos filios, et accedens ad primum dixit Filii
vade hodie operare in vinea mea. 29 Ille autem
respondens ait Nolo; postea autem paenitentia
motus abiit. 30 Accedens autem ad alterum
dixit similiter. At ille respondens ait Eo, do-
mine; et non ivit. 31 Quis ex duobus fecit
voluntatem patris? Dicunt Novissimus. Dicit
illis Iesus Amen dico vobis quia publicani et
meretrices praecedent vos in regno dei. 32 Ve-
nit enim ad vos Iohannes in via iustitiae, et non
credidistis ei: publicani autem et meretrices cre-
diderunt ei, vos autem videntes nec paenitentiam
habuistis postea ut crederetis ei. **62** 33 Aliam
parabolam audite. Homo erat pater familias qui
plantavit vineam, et saepe circumdedit ei et fodit

30 (ibit).

Codex D.—27 potestatem . . . facio. 32 Iohannes ad vos. 33 sepem.

Codex K.—28 videtur vobis . . . homo quidam . . . accidens . . . vineam meam. 29 abīt in vineam suam. 30 dixit illis. 31 facit . . . dicunt primus ei novissimus . . . ait illis. 32 Iohannis ad vos . . . ut postea. 33 septem *pro* sepem.

os filios et d
fili uade hodie oper
autem respondens ait no
aenitentia ductus abiit
accessit autem ad alium
imiliter ad ille respondens ait
dn̄e et non abiit quis ergo ex duo
it uoluntatem patris dicunt ei nou
mus dicit illis amen dico uobis quod
licani et meretrices praeceden
uos in regno dī uenit enim iohann
ad uos in uia iustitiae et non credidis
illi publicani autem et meretrices
diderunt ei uos autem uidentes
aenitentiam habuistis postea
n credidistis ei - - - - aliam
m audite homo erat q
plantauit uineam et

in ea torcular et aedificavit turrem, et locavit
eam agricolis, et peregre profectus est. 34 Cum
autem tempus fructuum appropinquasset, misit
servos suos ad agricolas ut acciperent fructus
eius. 35 Et agricolae apprehensis servis eius
alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero
lapidaverunt. 36 Iterum misit alios servos plu-
res prioribus, et fecerunt illis similiter. 37 No-
vissime autem misit ad eos filium suum dicens
Verebuntur filium meum. 38 Agricolae autem
videntes filium dixerunt intra se Hic est heres:
venite occidamus eum, et habebimus heredita-
tem eius. 39 Et apprehensum eum eiecerunt
extra vineam et occiderunt. 40 Cum ergo vene-
rit dominus vineae, quid faciet agricolis illis?
41 Aiunt illi Malos male perdet, et vineam loca-
bit aliis agricolis, qui reddant ei fructum tempo-
ribus suis. 42 Dicit illis Iesus Numquam legistis
in scripturis Lapidem quem reprobaverunt aedifi-

35 (*caederunt***).

CODEX D.—35 *om.* et.

CODEX K.—34 adpropinquaret. 35 venerunt adpraechensis . . . caederunt . . . alius vero lapidabant. 37 reverebuntur. 39 occiderunt eum. 41 dicunt illi.

propinquasset fr
t seruos suos ad colono
et de fructibus suis colo
aehensis seruis unum ce
lium lapidauerunt alium u
unt . iterum misit alios seruos
prioribus et fecerunt illis similite
uissime autem misit illis filium su
dicens uerebuntur filium meum
se hic est heres uenite occidamus e
t habebimus hereditatem eius et ad
ensum eum occiderunt et eicer
ra uineam cum ergo uenerit
ae quid faciet colonis illis
malos malependet et uine
aliis colonis qui redde
poribus suis di
in sc

cantes, hic factus est in caput anguli; a domino
factum est istud, et est mirabile in oculis nostris?
43 Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum
dei et dabitur genti facienti fructus eius. 44 Et
qui ceciderit super lapidem istum confringetur:
super quem vero ceciderit, conteret eum. 45 Et
cum audissent principes sacerdotum et Pharisaei
parabolas eius, cognoverunt quod de ipsis dice-
ret: 46 et quaerentes eum tenere timuerunt
turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.

XXII. 1 Et respondens Iesus dixit iterum in
parabolis eis, dicens 2 Simile factum est reg-
num caelorum homini regi qui fecit nuptias filio
suo. 3 Et misit servos suos vocare invitatos ad
nuptias, et nolebant venire. 4 Iterum misit alios
servos dicens Dicite invitatis Ecce prandium
meum paravi, tauri mei et altilia occisa et omnia
parata: venite ad nuptias. 5 Illi autem neglex-
erunt, et abierunt alius in villam suam, alius
vero ad negotiationem suam; 6 reliqui vero
tenuerunt servos eius et contumelia adfectos oc-
ciderunt. 7 Rex autem cum audisset iratus est,

CODEX D.—42 *om.* et.

CODEX K.—42 factus est istud, hoc est. 43 fructum.

nguli a dn
s in oculis nostris
eretur a uobis regnum
acienti fructum eius et cu
rincipes sacerdotum et fari
as eius cognouerunt quod de ipsi
et quaerentes eum tenere timue
turbas quoniam sicut profetam e
ebant   et respondens ihs̄ dixit illis iter
parabolis dicens simile est regnum cael
homini regi qui fecit nuptias filio su
et misit seruos suos uocare inuitatos ad n
tias et noluerunt uenire   iterum mis
alios seruos dicens dicite inuitatis ec
prandium meum paraui tauri et
nata occissa sunt et omnia para
nite ad nuptias   .   illi autem negle
erunt alii in uillas suas
tionem suam ea
et cont

---

46 quia sicut.   XXII. 1 *om.* eis.   2 *om.* factum.   3 noluerunt.   4 occissa sunt . . . parata sunt.   5 alii *pro* alius *bis.*   6 contumelia adflictos.

et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos,
et civitatem illorum succendit. 8 Tunc ait ser-
vis suis Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui
invitati erant non fuerunt digni. 9 Ite ergo ad
exitus viarum, et quoscumque inveneritis vocate
ad nuptias. 10 Et egressi servi eius in vias con-
gregaverunt omnes quos invenerunt, malos et
bonos, et impletae sunt nuptiae discumbentium.
11 Intravit autem rex ut videret discumbentes,
et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali,
12 et ait illi Amice, quomodo huc intrasti non
habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.
13 Tunc dixit rex ministris Ligatis pedibus eius
et manibus mittite eum in tenebras exteriores:
ibi erit fletus et stridor dentium. 14 Multi au-
tem sunt vocati, pauci vero electi.

63 15 Tunc abeuntes Pharisaei consilium inie-

Codex K.—7 missit exercitum suum et. 8 non sunt digni. 9 *om.* et . . . . inveniretis. 10 omnes quotquot. 13 *om.* eius . . . et mittite. 15 consilium fecerunt.

homicidas ill
uccendit tunc di
ptiae quidem paratae s
cati sunt non fuerunt dig
ad exitus uiarum et quoscu
neritis uocate ad nuptias et eg
eius in uias congregauerunt omn
quod inuenerunt malos et bonos
latae sunt nuptiae a discumben
ntrauit autem rex uidere discum
es et uidit ibi hominem non uestit
estem nuptialem et ait illi amice quo
odo huc intrasti non habens uestem
ptialem ad ille obmutuit tunc di
ministris tollite eum pedibus et m
s et mittite eum in tenebras e
rit fletus et stridor dent
uocati pauci uer

11 ('latae' *sic*.)

runt ut caperent eum in sermone. 16 Et mittunt
ei discipulos suos cum Herodianis dicentes Ma-
gister, scimus quia verax es et viam dei in
veritate doces, et non est tibi cura de aliquo:
non enim respicis personam hominum: 17 dic
ergo nobis, quid tibi videatur? licet cen-
sum dari Caesari an non? 18 Cognita autem
Iesus nequitia eorum ait Quid me temtatis, hy-
pocritae? 19 Ostendite mihi nomisma census.
At illi optulerunt ei denarium. 20 Et ait illis
Iesus Cuius est imago haec et suprascriptio?
21 Dicunt ei Caesaris. Tunc ait illis Reddite
ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt
dei deo. 22. Et audientes mirati sunt, et relicto
eo abierunt.

64 23 In illo die accesserunt ad eum Saddu-
caei, qui dicunt non esse resurrectionem, et inter-
rogaverunt eum 24 dicentes Magister, Moses
dixit Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut
ducat frater eius uxorem illius et suscitet semen
fratri suo. 25 Erant autem apud nos septem

Codex D.—XXII. 16 ad personam. 17 videtur. 20 superscriptio.

Codex K.—16 personas. 17 videtur . . dare . . aut non.

pulos suos
gister scimus quia
eritate doces et non
iquo–non enim respicis in
ominum qui tibi uidetur licet
s caesari aut non , cognita autem
quitia ipsorum dixit quid me tempta
ppocritae ostendite mihi nomism
nsus at illi optulerunt ei denarium
illis ihs̄ cuius est imago haec et intersc
cunt ei caesaris , tunc dicit illis
ddite quae sunt caesaris caesari
quae dī sunt dō his autem auditis mir
ti sunt et relicto eo recesserunt - - - -
in illa die accesserunt ad eum
caei qui dicunt non esse resurrec
nterrogauerunt eum dicentes
ses dixit si quis mortuus sit
filium ut ducat fra
s:sc

[6] (*sic.*) [8] (*sic.*)

---

20 superscriptio. 21 illis Iesus. 23 in illa die . . . sadducaei ad eum.

fratres: et primus uxore ducta defunctus est, et
non habens semen reliquit uxorem suam fratri
suo. 26 Similiter secundus et tertius, usque ad
septimum. 27 Novissime autem omnium et mu-
lier defuncta est. 28 In resurrectione ergo cuius
erit de septem uxor? omnes enim habuerunt
eam. 29 Respondens autem Iesus ait illis Er-
ratis, nescientes scripturas neque virtutem dei.
30 In resurrectione enim neque nubent neque
nubentur, sed sunt sicut angeli dei in caelo.
31 De resurrectione autem mortuorum non le-
gistis quod dictum est a deo dicente vobis
32 Ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus
Iacob? Non est deus mortuorum sed viventium.
33 Et audientes turbae mirabantur in doctrina
eius.

34 Pharisaei autem audientes quod silentium
inposuisset Sadducaeis, convenerunt in unum,
35 et interrogavit eum unus ex eis legis doctor
temtans eum 36 Magister, quod est mandatum
magnum in lege? 37 Ait illi Iesus Diliges do-

CODEX K.—29 *om.* autem. 30 sed erunt. 31 mortuorum autem. 33 admirabantur. 34 cum audientes quia . . . . sil-

em:uxit
men et reliquit:x
er et secundus et terti
us nouissime autem omniu
functa est in resurrectione
rit de septem uxor omnes enim
am , respondens ihs̄ dixit illis err
ntes scribturas neq.uirtutem dī in
ectione enim neq.nubunt neq.n
tur sed sunt sicut angeli in caeli in caelis
rrectione autem mortuorum non le
s quod dictum est uobis a dō dicente . e
m ds̄ abraham et ds̄ isac et ds̄ iacob . n
ds̄ mortuorum sed uiuorum et cum a
nt turbae mirabantur in doctrin
arisaei autem audientes quod sil
possuit sadducaeis congrega
interrogauit eum unus
temptans eum m

---

lentium *post* Sadd. . . . in unum adversus eum. 35 eum quidam ex ipsis legis. 36 magnum et primum.

minum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota
anima tua et in tota mente tua. 38 Hoc est
enim maximum et primum mandatum. 39 Se-
cundum autem simile est huic Diliges proximum
tuum sicut te ipsum. 40 In his duobus mandatis
universa lex pendet et prophetae.

41 Congregatis autem Pharisaeis interrogavit
eos Iesus 42 dicens Quid vobis videtur de
Christo? cuius filius est? Dicunt ei David.
43 Ait illis Quomodo ergo David in spiritu vo-
cat eum dominum, dicens 44 Dixit dominus
domino meo Sede a dextris meis donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. 45 Si
ergo David vocat eum dominum, quomodo filius
eius est? 46 Et nemo poterat respondere ei
verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die
eum amplius interrogare.

XXIII. **65** 1 Tunc Iesus locutus est ad turbas
et ad discipulos suos 2 dicens Super cathedram
Mosi sederunt scribae et Pharisaei: 3 omnia
ergo quaecumque dixerint vobis servate et fa-
cite; secundum opera vero eorum nolite facere:

Codex D.—37 in toto corde et in. 38 *om.* enim. 45 dn̄m eum.

magnum et primu
m uero simile huic d
m sicut te ipsum in his duob
a lex pendet et prophetae con
t^{e}m farisaeis interrogauit eos ih
s quid uobis uidetur de χp̄o cuius
dicunt ei dauid ait illis ihs̄ quom
ergo dauid in spū uocat eum dn̄m dic
it dn̄s dn̄o meo sede ad dextris meis do
onam inimicos tuos sub pedibus tui
rgo dauid in spū uocat eum dn̄m quo
lius et nemo poterat respondere ei
erbum neq . ausus est quisquam ex illis
eum amplius interrogare - - - -
vii . tunc ihs̄ locutus est turbis et
suis dicens super cathedram m
scribae et farisaei omn
unt uobis facite

CODEX K.—38 *om.* enim. 43 illis Iesus. 45 in spiritu vocat. 46 interrogare eum amplius ex illa hora. XXIII. 3 vero opera . . . enim ipsi.

dicunt enim et non faciunt. 4 Alligant autem
onera gravia et inportabilia et inponunt in ume-
ros hominum, digito autem suo nolunt ea movere.
5 Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab
hominibus: dilatant enim philacteria sua et mag-
nificant fimbrias: 6 amant enim primos recubitus
in caenis et primas cathedras in synagogis 7 et
salutationes in foro et vocari ab hominibus rabbi.
8 Vos autem nolite vocari rabbi: unus enim est
magister vester, omnes autem vos fratres estis.
9 Et patrem nolite vocare vobis super terram:
unus enim est pater vester qui in caelis est.
10 Nec vocemini magistri, quia magister vester
unus est Christus. 11 Qui maior est vestrum,
erit minister vester: 12 qui autem se exaltave-
rit humiliabitur, et qui se humiliaverit exalta-
bitur.

66 14 Vae autem vobis, scribae et Pharisaei
hypocritae, quia clauditis regnum caelorum ante
homines: vos enim non intratis, nec introeuntes

Codex D.—XXIII. 6 amant autem. 10 ne* vocemini. 13 ne* introeuntes.

Codex K.—4 alligavit . . . movere ea. 5 omnia ergo. 9 est enim. 10 unus est vester magister. 11 *om.* est vestrum. 12 exaltaverit se. 13 vos autem non. 14 qui *pro*

ra . . . . po
um digito autem su
mnia uero opera sua f
ur ab hominibus dilata
eria sua et magnificant fimb
autem primos discubitos in con
as cathedras in synagogis et salut
foro et uocari ab hominibus rabb
autem ne uocamini rabbi unus est en
agister uester nam uos omnes fratre
et patrem nolite uocare uobis super ter
nus est enim pater uester qui in caelis est
nec uocamini magistri quia magister
ester χp̄ est qui uero uult in uobis maior
sit uester minister quicumque ante
auerit se humiliabitur et qui se hum
t exaltabitur - - - -
e autem uobis scribae et f
ae quia cluditis reg
mine

---

quia . . . *fin. add.* Vae vobis scribae et pharissaei hypuchritae quoniam comedatis domus viduarum occasione longa orantes propter hoc accipietis amplius iudicium.

sinitis intrare. 15 Vae vobis, scribae et Phari-
saei hypocritae, quia circumitis mare et aridam
ut faciatis unum proselytum, et cum fuerit fac-
tus, facitis eum filium gehennae duplo quam vos.
16 Vae vobis, duces caeci qui dicitis Quicumque
iuraverit per templum, nihil est; qui autem iura-
verit in aurum templi, debet. 17 Stulti et caeci,
quid enim maius est, aurum an templum quod
sanctificat aurum? 18 Et quicumque iuraverit
in altare, nihil est; quicumque autem iuraverit
in dono quod est super illud, debet. 19 Caeci,
quid enim maius est, donum an altare quod sanc-
tificat donum? 20 Qui ergo iurat in altare, iurat
in eo et in omnibus quae super illud sunt: 21 et

CODEX D.—15 facietis.

CODEX K.—16 in templum . . . in auro . . . debitor est. 17 *om.* est. 18 quicumque *pro* qui . . . . super illud est, debitor est.

niam comeditis d
nsione onga oran
cipietis amplius iudicium
scribae et farisaei hypocrit
uitis mare et aridam ut faciat
rosilytum ut cum factus fuerit
is eum filium gehennae duplo qu
uae uobis duces caeci qui diciti
cumq . iurauerit in templo nihil est
m iurauerit in auro templi debitor
stulti et caeci quid enim maius es
rum aut templum quod sanctificat
urum et quicumque iurauerit in alt
nihil est sed quicumque iurau
n dono quod est super illud deb
eci quid enim maius est don
re quod sanctificat don
rauerit per altare

qui iuraverit in templo, iurat in illo et in eo qui
inhabitat in ipso: 22 et qui iurat in caelo, iurat
in throno dei et in eo qui sedet super eum.
23 Vae vobis, scribae et Pharisaei hypocritae,
quia decimatis mentham et anethum et cyminum,
et reliquistis quae graviora sunt legis, iudicium
et misericordiam et fidem: haec oportuit facere
et illa non omittere. 24 Duces caeci, excolantes
culicem, camelum autem glutientes. 25 Vae vo-
bis, scribae et Pharisaei hypocritae, quia munda-
tis quod de foris est calicis et parapsidis, intus
autem pleni sunt rapina et inmunditia. 26 Pha-
risaee caece, munda prius quod intus est calicis
et parapsidis, ut fiat et id quod de foris est mun-
dum. 27 Vae vobis, scribae et Pharisaei hypo-
critae, quia similes estis sepulchris dealbatis,
quae a foris parent hominibus speciosa, intus
vero plena sunt ossibus mortuorum et omni

CODEX K.—21 habitat. 25 intus vero pleni estis sunt (*sic*). 27 parent speciosa hominibus.

eo qui habita
um dī iurat per e
qui sedet super ipsum
et farisaei hyppocritae
tis mentam et anetum et cym
iuquitis quae grauiora sunt leg
et misericordiam et fidem haec
portuerat facere et illa non om
uces caeci liquantes calicem cam
utem glutientes uae uobis scriba
t farisaei hyppocritae quia munda
s quod de foris est et calicis et paraps
s intus autem pleni sunt rapinae
ncontinentia farisae cecae mun
primum quod intus est calicis ut fia
d de foris est mundum uae u
bae et farisaei hyppocritae
miles estis monumentis qu
ent hominibus spe . . os
ossibu

spurcitia. 28 Sic et vos a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate. 29 Vae vobis, scribae et Pharisaei hypocritae, qui aedificatis sepulchra prophetarum et ornatis monumenta iustorum, 30 et dicitis Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum.
31 Itaque testimonio estis vobismet ipsis quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. 32 Et vos implete mensuram patrum vestrorum. 33 Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennae? 34 Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas, ex illis occidetis et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris et persequimini de civitate in civitatem, 35 ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altare. 36 Amen dico vobis, venient haec om-

---

CODEX D.—28 parietis. 30 *om.* in diebus *usq.* essemus*. 31 testimonium. 34 scribas et ex. 35 *om.* filii Barachiae.

CODEX K.—28 apparetis quidem hypochrite hominibus. 29 *om.* hypocritae. 30 quia si. 31 testimonium. 34 scribas, et ex . . . persequemini.

us iusti intus a
atione et iniquit
et farisaei hyppocritae
pulchra profetarum et or
ta iustorum et dicitis quia si fu
diebus patrum nostrorum non
socii eorum in sanguine profeta
e testimonium perhibetis uobis qui
estis eorum qui occiderunt profetas
et uos implete mensuram patrum uest
um . generatio uiperarum quomodo
etis a iudicio gehennae ideo ecce e
mitto ad uos profetas ei sapientes et scrib
et ex illis occidetis et crucifigetis et ex ill
flagellabitis in synagogis et perseque
de ciuitate in ciuitatem ut uenia
s omnis sanguis iustus qui eff
terram a sanguine abel iust
nem zachariae fili b

---

[15] (*sic*).

nia super generationem istam. **67** 37 Hierusa-
lem Hierusalem, quae occidis prophetas et lapi-
das eos qui ad te missi sunt, quoties volui
congregare filios tuos, quemadmodum gallina
congregat pullos suos sub alas, et noluisti.
38 Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta.
39 Dico enim vobis, non me videbitis a modo
donec dicatis Benedictus qui venit in nomine
domini.

XXIV. **68** 1 Et egressus Iesus de templo ibat,
et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei
aedificationes templi. 2 Ipse autem respondens
dixit eis Videtis haec omnia? Amen dico vobis,
non relinquetur hic lapis super lapidem qui non
destruatur. 3 Sedente autem eo super montem
oliveti accesserunt ad eum discipuli secreto di-
centes Dic nobis, quando haec erunt, et quod
signum adventus tui et consummationis saeculi?

Codex D.—38 relinquetur.

Codex K.—37 sub alas suas. 38 relinquetur. 39 dico autem. XXIV. 1 accesserunt ad eum . . . aedificationem. 3 discipuli . . . eius.

erusalem hierusal
fetas et lapidas eos qu
uotiens uolui congregare
icut gallina congregat pull
alas suas et noluisti ecce rel
uobis domus uestra deserta
dico autem uobis quia non me
bitis donec dicatis benedictus qui
in nomine dn̄i - - - -
et egressus ihs̄ de templo ibat et ac
esserunt discipuli eius ut ostendere
structuram templi ipse autem resp
is dixit uidetis haec omnia amen di
obis non relinquetur lapis super
dem qui non destruatur ,
ente autem in monte oliueti . acc
ad eum discipuli eius secret
bis quando haec er
ui et c

4 Et respondens Iesus dixit eis Videte ne quis
vos seducat. 5 Multi enim venient in nomine
meo dicentes Ego sum Christus, et multos sedu-
cent. 6 Audituri enim estis proelia et opiniones
proeliorum: videte ne turbemini; oportet enim
haec fieri, sed nondum est finis. 7 Consurget
enim gens in gentem et regnum in regnum, et
erunt pestilentiae et fames et terrae motus per
loca. 8 Haec autem omnia initia sunt dolorum.
9 Tunc tradent vos in tribulatione et occident
vos, et eritis odio omnibus gentibus propter no-
men meum. 10 Et tunc scandalizabuntur multi
et invicem tradent et odio habebunt invicem.
11 Et multi pseudoprophetae surgent et sedu-
cent multos. 12 Et quoniam abundabit iniqui-
tas, refrigescet caritas multorum. 13 Qui autem
perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.
14 Et praedicabitur hoc evangelium regni in
universo orbe in testimonium omnibus gentibus,
et tunc veniet consummatio. 15 Cum ergo vide-

Codex D.—XXIV. 8 haec enim. 13 permanserit.

Codex K.—6 audietis enim. 9 tribulationem. 10 invicem se. 13 permanserit.

educat
meo dicentes ego s
ent audietis enim pugn
roeliorum sed uidete ne turbe
rtet enim haec fieri sed nondum
exsurget enim gens contra g
et regnum contra regnum , et
fames et terrae motus per loca o
haec initia sunt dolorum tunc tr
t uos in tribulatione et occiden
uos et eritis odio omnibus gentibus pr
ter nomen meum et tunc scandaliza
tur multi et inuicem se tradent et occid
inuicem et multi pseudoprofetae exsur
et multos seducent et quia abundabit
niquitas refrigerescit caritas multor
i autem perseuerauerit usque in
luus erit et praedicabitur
m per totam orbem
bus et tun

ritis abominationem desolationis, quae dicta est
a Danihelo propheta, stantem in loco sancto:
qui legit intellegat: 16 tunc qui in Iudaea sunt
fugiant ad montes, 17 et qui in tecto non de-
scendat tollere aliquid de domo sua, 18 et qui
in agro non revertatur tollere tunicam suam.
19 Vae autem praegnantibus et nutrientibus in
illis diebus. 20 Orate autem ut non fiat fuga
vestra hieme vel sabbato. 21 Erit enim tunc tri-
bulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi
usque modo neque fiet; 22 et nisi breviati
fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed
propter electos breviabuntur dies illi. 23 Tunc si
quis vobis dixerit Ecce hic Christus, aut illic,
nolite credere. 24 Surgent enim pseudochristi
et pseudoprophetae, et dabunt signa magna et
prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri po-
test, etiam electi. 25 Ecce praedixi vobis. 26 Si
ergo dixerint vobis Ecce in deserto est, nolite

19 (*praegnatibus*).

CODEX D.—21 fient.
CODEX K.—17 domu. 24 *om.* ut . . . induantur.

tum e
intellegat tunc qui in iudea
ut in montes et qui in tecto sunt non
endant tollere aliquid de domo
agro erit non reuertatur tollere
am suam uae autem praegnan
utrientibus in illis diebus orat
e fiat fuga uestra hieme uel sabba
rit enim tribulatio magna qualis no
uit ab initio saeculi usq. modo neque
nisi breuiati fuissent dies non f
ua omnis caro sed propter electos bre
abuntur dies illi tunc siquis uobis
xerit ecce hic est χp̄s aut ecce illic nol
credere exsurgent enim pseudoχp̄i et
udoprofetae et dabunt signa et pro
a ut in errore inducantur si p
electi ecce praedixi
uobis ecce in

exire: Ecce in penetralibus, nolite credere.
27 Sicut enim fulgur exit ab oriente et paret
usque in occidentem, ita erit et adventus filii
hominis. 28 Ubicumque fuerit corpus, illuc con-
gregabuntur aquilae. 29 Statim autem post tri-
bulationem dierum illorum sol obscurabitur, et
luna non dabit lumen suum, et stellae cadent
de caelo, et virtutes caelorum commovebuntur:
30 et tunc parebit signum filii hominis in caelo,
et tunc plangent omnes tribus terrae, et videbunt
filium hominis venientem in nubibus caeli cum
virtute multa et maiestate. 31 Et mittet angelos
suos cum tuba et voce magna, et congregabunt
electos eius a quattuor ventis a summis caelorum
usque ad terminos eorum. 32 Ab arbore autem
fici discite parabolam. Cum iam ramus eius
tener fuerit et folia nata, scitis quia prope est

Codex D.—27 sicut ergo. 30 apparebit. 32 fico.

Codex K.—27 exiit . . . apparet . . . *om.* et *tert.* 30 apparebit . . . plangeret super se. 31 electos suos . . . ventis et a.

te credere . . . sicut
ente et paret usque ad occidentem
aduentus fili hominis   ubicumque fu
corpus illuc congregabuntur aquilae st
autem post tribulationem dierum illorum
obscurabitur et luna non dabit lumen su
ellae cadent de caelo et uirtutes caelor
mouebuntur et tunc apparebit sig
hominis in caelo et tunc lamentabun
omnes tribus terrae et uidebunt filium
ominis uenientem in nubibus caeli cum
tute multa et maiestate et mittet angelo
suos cum tuba et uoce magna et congrega
tur electos eius a quatuor angulis uent
rum a summis caelorum usque ad summ
illorum cum coeperint autem haec fie
espicitȧe et leuate capud quia adpr
redemptio uestra   ab arbore a
s discite parabolam   cum iam ra
rit tener   et folia n

---

18 ('a' *punctatum*).

aestas: 33 ita et vos cum videritis haec omnia,
scitote quia prope est in ianuis. 34 Amen dico
vobis quia non praeteribit haec generatio donec
omnia haec fiant. 35 Caelum et terra transi-
bunt, verba vero mea non praeteribunt. 36 De
die autem illa et hora nemo scit, neque angeli
caelorum, nisi pater solus. 37 Sicut autem in
diebus Noe, ita erit et adventus filii hominis.
38 Sicut enim erant in diebus ante diluvium co-
medentes et bibentes, nubentes et nuptum tra-
dentes, usque ad eum diem quo intravit in arcam
Noe, 39 et non cognoverunt donec venit dilu-
vium et tulit omnes, ita erit et adventus filii
hominis. 40 Tunc duo erunt in agro: unus ad-
sumetur, et unus relinquetur; 41 duae molentes
in mola: una adsumetur, et una relinquetur.
42 Vigilate ergo, quia nescitis qua hora domi-
nus vester venturus sit. 43 Illud autem scitote,
quoniam si sciret pater familias qua hora fur

CODEX D.—33 videretis. 42 vigilate, *et orate*. 43 quia hora.

CODEX K.—33 videretis. 35 terra et transibunt. 37 sicut enim. 38 bibentes et nubentes ad nuptium . . . ad eum in diem . . . Noe in arcam. 39 *om.* et *sec.* 41 altera relinquetur. 42 vigilate itaque . . . qua die vel qua hora . . . venturus est.

aec omn . . . scitote qu
ope est in ianuis amen dico uobis q
on praeteribit haec generatio donec
ia fiant caelum et terra praeteribun
erba autem mea non praeteribunt de d
utem illa et hora nemo scit neque ang
in caelis neque filius nisi pater so
cut enim in diebus noe ita erit ad
us fili hominis sicut enim erant in
illis
us ante diluium manducantes et bibe
es nubebant et uxores ducebant us
n eum diem quo intrauit noe in arcam
non senserunt donec uenit diluium et
tulit omnes ita erit aduentus fili ho
nis tunc erunt duo in agro unus .
sumetur et alter relinquetur . duae
lentes una adsumetur et una relin
tur uigilate ergo quia nescitis q
uel hora dns uester uenturu
scitote quoniam

---

11 ('diluium' *sic*)

venturus esset, vigilaret utique et non sineret
perfodiri domum suam. 44 Ideo et vos estote
parati, quia qua nescitis hora filius hominis ven-
turus est. 45 Quis putas est fidelis servus et
prudens, quem constituit dominus suus supra
familiam suam, ut det illis cibum in tempore?
46 Beatus ille servus, quem cum venerit domi-
nus eius invenerit sic facientem. 47 Amen dico
vobis quoniam super omnia bona sua constituet
eum. 48 Si autem dixerit malus servus ille in
corde suo Moram facit dominus meus venire,
49 et coeperit percutere conservos suos, man-
ducet autem et bibat cum ebriis: 50 veniet do-
minus servi illius in die qua non sperat et hora
qua ignorat, 51 et dividet eum, partemque eius
ponet cum hypocritis: illic erit fletus et stridor
dentium.

XXV. [69] 1 Tunc simile erit regnum caelo-
rum decem virginibus, quae accipientes lampades
suas exierunt obviam sponso et sponsae. 2 Quin-

46 (*om.* eius*.)

Codex D.—44 ideoque et. 45 putasset fidelis.

Codex K.—44 ideoque estote et vos . . . quia nescitis qua
hora. 45 quisnam est putas . . . super. 46 invenerit domi-

gilaret utiq . nec sineret p
domum suam ideo et uos estote para
quia nescitis qua hora filius hominis ue
turus est quisnam $\overset{s}{e}$t fidelis seruus et
prudens quem constituit dn̄s supra fam
am suam ut det illis cibum in tempore su
atus ille seruus quem ueniens dn̄s eius in
et ita facientem amen dico uobis
nia super omnia bona sua constituet
um si autem dixerit malus ille seruus
orde sue moram facit dn̄s meus uen
et incipiet percutere conseruos suos , m
ducet autem et bibat cum ebriosis et
niet dn̄s illius in die qua non sperat
ra qua ignorat et diuidet eum parte
eius ponet cum infidelibus illic aut
erit fletus et stridor dentium - - -
iiii, tunc similabitur regnum
m x uirginibus quae accep
es suas et prodier

---

nus eius sic facientem cum venerit. 48 in corde suo malus ille servus. 48 venire ad me. XXV. 1 autem obiam (*sic*).

que autem ex eis erant fatuae, et quinque pru-
dentes: 3 sed quinque fatuae acceptis lampadibus
non sumpserunt oleum secum, 4 prudentes vero
acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.
5 Moram autem faciente sponso dormitaverunt
omnes et dormierunt. 6 Media autem nocte
clamor factus est Ecce sponsus venit, exite ob-
viam ei. 7 Tunc surrexerunt omnes virgines
illae et ornaverunt lampades suas. 8 Fatuae
autem sapientibus dixerunt Date nobis de oleo
vestro, quia lampades nostrae extinguntur.
9 Responderunt prudentes dicentes Ne forte non
sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes et
emite vobis. 10 Dum autem irent emere, venit
sponsus, et quae paratae erant intraverunt cum
eo ad nuptias, et clausa est ianua. 11 Novissi-
me veniunt et reliquae virgines dicentes Domine
domine, aperi nobis. 12 At ille respondens ait
Amen dico vobis, nescio vos. 13 Vigilate itaque,

CODEX D.—XXV. 2 pudentes.

CODEX K.—2 *om.* autem. 3 acceptis lampadibus *post* secum. 4 lampadibus suis. 5 et dormiverunt. 6 fatus est. 9 responderunt autem. 11 novissimae (*ita saepe pro* e) autem.

pien
acceptis lampadibus suis non s
unt oleum secum sapientes autem a
unt oleum in uasis cum lampadibus suis
moram autem faciente sponso dormita
erunt omnes et dormierunt medi
autem nocte clamor factus est ec
sponsus uenit exite obuiam ei tu
rexerunt omnes illae uirgines et
perunt lampades suas fatuae autem
entibus dixerunt date nobis de oleo
tro quia lampades nostrae extingun
esponderunt prudentes dicentes no
ne forte non suffi^{ci}at nobis et uobis it
otius ad eos qui uendunt et emite uo
eum et dum eunt emere uenit spon
quae paratae erant intrauerunt c
in nuptias et clausa est ianua et
iunt reliquae uirgines dicentes
bis ad ille respon

---

[15] (‘ci’ *m. sec.*)

quia nescitis diem neque horam. 14 Sicut enim
homo peregre proficiscens vocavit servos suos et
tradidit illis bona sua, 15 et uni dedit quinque
talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique
secundum propriam virtutem, et profectus est
statim. 16 Abiit autem qui quinque talenta ac-
ceperat, et operatus est in eis et lucratus est alia
quinque. 17 Similiter qui duo acceperat lucratus
est alia duo. 18 Qui autem unum acceperat,
abiens fodit in terra et abscondit pecuniam do-
mini sui. 19 Post multum vero temporis venit
dominus servorum illorum et posuit rationem
cum eis. 20 Et accedens qui quinque talenta
acceperat optulit alia quinque talenta, dicens
Domine, quinque talenta mihi tradidisti, et ecce
alia quinque superlucratus sum. 21 Ait illi do-
minus eius Euge, bone serve et fidelis, quia super
pauca fuisti fidelis, super multa te constituam:
intra in gaudium domini tui. 22 Accessit autem

CODEX D.—14 sermones suos. 15, 16 profectus est. statim abiit. 18 terram. 20 *om.* et *sec.* 21 domini dei tui (*ita et* 23).

CODEX K.—13 horam neque diem qua dominus venturus est. 15 *om.* autem . . . autem *pro* vero . . . unum et. 16 abit . . . . in quinque. 17 similiter et qui. 18 unum talentum.

m sicut enim homo peregre
ocauit seruos suos et tradidit illis
tiam suam et uni quidem dedit quinqu
talenta alii autem duo alii uero unu
nicuique secundum propriam uirtutem
rofectus est continuo autem abiit
alenta acceperat operatus est in
cratus est alia quinque similiter a
m et qui duo accepit lucratus est et in
a duo qui autem unum accepit fod
n terra et abscondit pecuniam dn̄i sui
ost multum uero tempus uenit dn̄s illor
seruorum et possuit rationem cum eis ,
et accessit qui quinque talenta acce
erat et optulit alia quinque dicens
n̄e quinque talenta mihi dedisti ec
quinque lucratus sum ait illi
euge serue bone et fidelis qui
fidelis fuisti super

---

20 dedisti mihi . . . *om.* et *sec.* 21 et ait . . . serve bone . . . fidelis fuisti. 22 et accessit qui . . .

et qui duo talenta acceperat et ait Domine, duo
talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum.
23 Ait illi dominus eius Euge, bone serve et fide-
lis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te
constituam: intra in gaudium domini tui. 24 Ac-
cedens autem et qui unum talentum acceperat ait
Domine, scio quia homo durus es, et metis ubi
non seminasti, et congregas ubi non sparsisti:
25 et timens abii et abscondi talentum tuum in
terra: ecce habes quod tuum est. 26 Respon-
dens autem dominus eius dixit ei Serve male et
piger, sciebas quia meto ubi non semino, et con-
grego ubi non sparsi? 27 oportuit ergo te
mittere pecuniam meam nummulariis, et veniens
ego recepissem utique quod meum est cum usura.
28 Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui
habet decem talenta. 29 Omni enim habenti
dabitur et abundabit; ei autem qui non habet,
et quod videtur habere auferetur ab eo. 30 Et
inutilem servum eicite in tenebras exteriores:
illic erit fletus et stridor dentium.

Codex D.—25 abiit.

Codex K.—22 super lucratus sum. 23 et ait . . . serve bone . . . super. 25 timens ego. 26 quia ego meto.

ta . c . . . erat ait
talenta mihi dedisti ecce alia duo
ratus sum ait illi dn̄s suus euge bone
et fidelis quia super pauca fidelis fui
per multa te constituam intra in gaud
n̄i tui accedens autem qui unum talen
cceperat ait dn̄e scio quia homo duru
es metis ubi non seminasti et coll
non sparsisti timui ergo et abii et absc
i talentum tuum in terra ecce habe
quod tuum est respondens autem dn̄s
ixit eis serue nequam et piger scis quia
eto ubi non semino et colligo ubi non spa
oportuit ergo te dare pecuniam meam
ummulariis et ego ueniens recepissem qu
eum est tollite itaque talentum meum
date ei qui habet decem omni
im habenti dabitur et abundabit ei q
hab . . etiam quod habet auferetu
uam seruum proiec . . e

13 ('eis' *sic.*)

---

27 committere . . . cum usuris quod meum est. 30 inutilem autem (*om.* et) . . . eiecite foras . . . ubi erit.

70 31 Cum autem venerit filius hominis in
maiestate sua, et omnes angeli cum eo, tunc
sedebit super sedem maiestatis suae, 32 et con-
gregabuntur ante eum omnes gentes, et sepa-
rabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves
ab haedis, 33 et statuet oves quidem a dextris
suis, haedos autem a sinistris. 34 Tunc dicet
rex his qui a dextris eius erunt Venite benedicti
patris mei, possidete paratum vobis regnum a
constitutione mundi. 35 Esurivi enim et dedis-
tis mihi manducare, sitivi et dedistis mihi bibere,
hospes eram et collexistis me, 36 nudus et ope-
ruistis me, infirmus et visitastis me, in carcere et
venistis ad me. 37 Tunc respondebunt ei iusti
dicentes Domine, quando te vidimus esurientem
et pavimus, sitientem et dedimus tibi potum?
38 Quando autem te vidimus hospitem et col-
leximus te, aut nudum et cooperuimus te?
39 Aut quando te vidimus infirmum aut in car-

Codex D.—33 quidem oves. 34 dicit . . . . possedite. 35 essuri . . . . collegistis. 36 in carcere eram. 38 collegimus. 39 carcerem.

Codex K.—32 gentes terrae. 33 quidem oves. 34 regnum paratum vobis. 35 collegistis. 36 nudus eram . . . . in carcere fui. 37 pavimus te, aut. 38 colligimus. 39 vel in carcere.

\- - - - - -

--cum autem uenerit filius hom
iestate sua et omnes angeli cum e
tunc sedebit super sedem maiestatis suae
gregabuntur ante eum omnes gent
bit eos ab inuicem sicut pastor se
es ab haedis et statuet oues ad d
s haedos autem a sinistris tunc d
rex his qui ad dextris eius sunt uenit
nedicti patris mei possidete praepara
obis regnum a constitutione mundi
suriui enim et dedistis mihi manducare
tiui et dedistis mihi bibere hospes eram et
cepistis me nudus et operuistis me infirm
et uisitastis me in carcere fui et uenistis ad
unc respondebunt ei iusti dicentes dn̄
uando te uidimus esurientem et pauim
aut sitientem et potauimus te aut
em et suscepimus te aut nudu
el quando . e

cere, et venimus ad te? 40 Et respondens rex
dicet illis Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni
de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.
41 Tunc dicet et his qui a sinistris erunt Dis-
cedite a me maledicti in ignem aeternum, qui
praeparatus est diabolo et angelis eius. 42 Esu-
rivi enim et non dedistis mihi manducare, sitivi
et non dedistis mihi potum, 43 hospes eram et
non collexistis me, nudus et non operuistis me,
infirmus et in carcere et non visitastis me.
44 Tunc respondebunt et ipsi dicentes Domine,
quando te vidimus esurientem aut sitientem aut
hospitem aut nudum aut infirmum vel in carcere,
et non ministravimus tibi? 45 Tunc respon-
debit illis dicens Amen dico vobis, quamdiu non
fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.
46 Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti
autem in vitam aeternam.

XXVI. **71** 1 Et factum est cum consummasset
Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis

41 (*ad sinistris*).

Codex D.—40 dicit (*et* 41). 41 zabulo. 43 collegistis. 44 carcerem.

Codex K.—40 uni ex hiis minimis fratribus meis. 41 *om.* et *prius* . . . sinistris eius. 42 beire *pro* potum. 43 colligis-

dico uo
amdiu fecistis uni ex fratribus meis
ihi fecistis tunc dicet et iis qui a sinis
unt discedite a me maledicti in ignem
num quem parauit pater meus diabolo
ngelis eius esuriui enim et non dedistis
manducare sitiui et non dedistis mihi
e   hospes eram et non suscepistis me
et non cooperuistis me infirmus et in c
em et non uisitastis me tunc respon
et ipsi dicentes dn̄e quando te uidimus
entem aut sitientem aut hospitem aut n
um [aut] infirmum uel in carcerem et non m
nistrauimus tibi   tunc respondet eis dicen
amen dico uobis quamdiu non fecistis u
e minimis his nec mihi fecistis et tunc ibu
s . i in ignem aeterna[u]m iusti autem in uita
ternam - - - et factum est cum cons
masset ihs̄ omnia uerba haec dixit a
scitis quia post biduum pasc

---

tis . . . nudus eram . . . cooperuistis . . . venistis ad me. 45 uni ex his fratribus meis minimis ambulantibus in nomine meo mihi nec fecistis.

2 Scitis quia post biduum pascha fiet et filius
hominis tradetur ut crucifigatur.

3 Tunc congregati sunt principes sacerdotum
et seniores populi in atrium principis sacerdotum
qui dicebatur Caiaphas, 4 et consilium fecerunt
ut Iesum dolo tenerent et occiderent. 5 Dice-
bant autem Non in die festo, ne forte tumultus
fieret in populo.

6 Cum autem esset Iesus in Bethania in domo
Simonis leprosi, 7 accessit ad eum mulier ha-
bens alabastrum unguenti pretiosi, et effudit
super caput ipsius recumbentis. 8 Videntes au-
tem discipuli indignati sunt dicentes Ut quid
perditio haec? 9 Potuit enim istud venundari
multo et dari pauperibus. 10 Sciens autem Iesus
ait illis Quid molesti estis mulieri? opus bonum
operata est in me. 11 Nam semper pauperes
habetis vobiscum, me autem non semper habetis.
12 Mittens enim haec unguentum hoc in corpus
meum ad sepeliendum me fecit. 13 Amen dico
vobis, ubicumque praedicatum fuerit hoc evange-

Codex D.—XXVI. 4 *om.* et occiderent. 11 habebitis (*bis*).
Codex K.—XXVI. 7 caput eius recumbente ipso. 8 dis-

ongreg
bae et seniores populi in at
es sacerdotum qui uocabatur c
consilium fecerunt ut ihm̄ dolo tene
occiderent   dicebant autem non in di
e tumultus in populo fieret   cum
ihs̄ in bethaniam in domum simo
accessit ad eum mulier habens a
rum unguenti praetiosi et infudit
ra capud eius recumbente ipso   uide
autem discipuli indignati sunt dicente
quid perditio haec facta est potuit en
oc ueniri praetio et dari pauperibus
quod ut cognouit ihs̄ ait illis quid molest
stis mulieri , bonum opus operata est su
me semper autem pauperes habetis u
m , me autem non semper habetis
nim mittens unguentum hoc in cor
eum ad sepelliendum me fecit
s   ubicumque praed

3 ('es' *sic ut vid.*)

---

cipuli eius. 9 potui enim hoc . . . praetio magno *pro* multo. 10 bonum opus. 11 *om.* nam . . . habebitis *bis*.

lium in toto mundo, dicetur et quod haec fecit in
memoriam eius.

14 Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur
Iudas Scariot, ad principes sacerdotum 15 et ait
illis Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tra-
dam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.
16 Et exinde quaerebat oportunitatem ut eum
traderet.

17 Prima autem azymorum accesserunt disci-
puli ad Iesum dicentes Ubi vis paremus tibi
comedere pascha? 18 At Iesus dixit Ite in
civitatem ad quendam et dicite ei Magister dicit
Tempus meum prope est, apud te facio pascha
cum discipulis meis. 19 Et fecerunt discipuli
sicut constituit illis Iesus, et paraverunt pascha.

[72] 20 Vespere autem facto discumbebat cum
duodecim discipulis, 21 et edentibus illis dixit
Amen dico vobis quia unus vestrum me traditu-
rus est. 22 Et contristati valde coeperunt sin-
guli dicere Numquid ego sum, domine? 23 At
ipse respondens ait Qui intingit mecum manum

Codex D.—14 scarioth. 15 tringenta. 17 *om.* tibi.

Codex K.—13 in toto orbe, narrabitur . . . fecit haec . . . memoriam ipsius. 14 qui dicitur Iudas Scarioth *post* sacer-

de duodecim . ui diceba
carioth ad principes sacerdotum
quid uultis mihi dare et ego uo
d illi constituerunt ei triginta stater
exinde quaerebat oportunitatem
um tradere - - - - - prima autem
morum accesserunt discipu
dicentes ubi uis paremus tibi mand
ascham ad ille dixit ite in ciuitatem a
ā et dicite illi magister dicit temp
me um prope est apud te facio pasch
um discipulis meis et fecerunt discipuli
ut praecepit eis ihs̄ praeparauerunt
pascha uespere autem facto discubuit
m duodecim discipulis et manducantib
s dixit amen dico uobis quia unu
rum tradet me et contristati ni
perunt singuli dicentes numquid e
bus respondens dixit

11 12 (*foramen in membr. vid. pag. seq.* 12, 13).

---

dotum. 17 prima autem die . . . . manducare pacha (*sic*). 19 sicut praecipit. 21 me tradet. 22 contristati sunt et.

[in] parapside, hic me tradet. 24 Filius quidem
hominis vadit sicut scriptum est de illo; vae
autem homini illi per quem filius hominis tradi-
tur: bonum erat ei si natus non fuisset homo
ille. 25 Respondens autem Iudas, qui tradidit
eum, dixit Numquid ego sum, rabbi? ait illi Tu
dixisti. 26 Caenantibus autem eis accepit Iesus
panem et benedixit ac fregit deditque discipulis
suis et ait Accipite et comedite: hoc est corpus
meum. 27 Et accipiens calicem gratias egit et
dedit illis dicens Bibite ex hoc omnes: 28 hic
est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro
multis effunditur in remissionem peccatorum.
29 Dico autem vobis, non bibam a modo de hoc
genimine vitis usque in diem [illum] cum illud
bibam vobiscum novum in regno patris mei.

[**73**] 30 Et hymno dicto exierunt in montem
oliveti. 31 Tunc dicit illis Iesus Omnes vos
scandalum patiemini in me in ista nocte: scrip-
tum est enim Percutiam pastorem, et dispergentur

23 (*om.* in*). 29 (*diem cum illum bibam*).

Codex D.—24 tradetur . . . *om.* ei. 29 illum cum illum bibam.

Codex K.—24 et filius . . . de eo . . . tradetur . . . non natus. 25 respondit . . . qui traditurus erat eum et dixit ei

uidem h . . . . . uadet sicut
eo uae autem homini illi per quem fil
inis tradetur bonum erat non nasci hom
li respondens autem iudas scarioth qui tr
turus eum erat dixit numquid ego sum r
ait illi ihs̄ tu dixisti ipsis autem manducan
bus ihs̄ accepit panem et benedixit ac fre
discipulis suis dicens accipite et ma
ate hoc est enim corpus meum et accipi
licem gratias egit et dedit illis dicens bib
ex hoc omnes hic est enim sangu is m
oui testamenti qui pro multis effun det
n remissionem peccatorum dico autem uo
quia non bibam a modo de ac creatura uit
illud
usque in illud diem cum bibam uobiscum n
uum in regno patris mei et hymno dicto e
unt in montem oliueti - - - - - - - - - - -
tunc dicit ihs̄ omnes uos scand
me in iste nocte scriptum est enĩm p
orem et dispargentur

. . illi Iesus. 26 accipit . . . suis dicens accipite edite ex hoc omnes . . . est enim . . . meum quod confringitur pro saeculi vita. 28 qui effundetur pro vobis et pro multis. 29 vobis quia . . . illum quo illud.

oves gregis. 32 Postquam autem resurrexero,
praecedam vos in Galilaeam. 33 Respondens
autem Petrus ait illi Etsi omnes scandalizati fue-
rint in te, ego numquam scandalizabor. 34 Ait
illi Iesus Amen dico tibi quia in hac nocte ante
quam gallus cantet ter me negabis. 35 Ait illi
Petrus Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te
negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt.

36 Tunc venit Iesus cum illis in villam quae
dicitur Gesemani, et dixit discipulis suis Sedete
hic donec vadam illuc et orem. 37 Et adsumto
Petro et duobus filiis Zebedaei coepit contristari
et moestus esse. 38 Tunc ait illis Tristis est
anima mea usque ad mortem : sustinete hic et
vigilate mecum. 39 Et progressus pusillum pro-
cidit in faciem suam orans et dicens Pater, si
possibile est, transeat calix iste : verum tamen
non sicut ego volo sed sicut tu. 40 Et venit
ad discipulos et invenit eos dormientes, et
dicit Petro Sic non potuistis una hora vigilare
mecum ? 41 Vigilate et orate ut non intretis
in temtationem : spiritus quidem promtus est,

CODEX D.—36 Gethsamani. 39 mi pater . . . transeat a me.
CODEX K.—36 Gethsamani . . . illuc orarem. 39 pater mi

onden . . . . rus ai
candalizabuntur in te ego numqu
ndalizabor dicit illi ihs̄ amen dico tib
uoniam ac nocte antequam gallus cante
er me negabis dicit illi petrus etiamsi opor
erit me mori non te negabo similiter omn
s discipuli dixerunt tunc venit cum illis
s in agrum qui dicitur getsamani et dicit di
ipulis suis sedite hic donec eam illuc or
adsumpto petro et duobus filiis iebedei et
t contristari et moestus esse tunc dicit
ristis est anima mea usque ad mortem sust
te hic et vigilate mecum et progressus pu
lum procidit in faciam suam orans et
cens pater meus si possibile est transeat
e calix iste sed tamen non sicut ego volo
d sicut tu uis et uenit ad discipulos et inu
eos dormientes et ait petro non potu
una hora uigilare mecum uigilate
e intretis in temptationem

. . . transeat a me . . . sicut tu vis. 40 dixit Petro . . . potuisti.

caro autem infirma. 42 Iterum secundo abiit et
oravit dicens Pater mi, si non potest hic calix
transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. 43 Et
venit iterum et invenit eos dormientes: erant
enim oculi eorum gravati. 44 Et relictis illis
iterum abiit et oravit tertio eundem sermonem
dicens. 45 Tunc venit ad discipulos suos et
dicit illis Dormite iam et requiescite: ecce ap-
propinquavit hora, et filius hominis tradetur in
manus peccatorum. 46 Surgite, eamus: ecce
appropinquavit qui me tradit.

47 Adhuc ipso loquente, ecce Iudas unus de
duodecim venit, et cum eo turba multa cum
gladiis et fustibus, missi a principibus sacerdo-
tum et senioribus populi. 48 Qui autem tradidit
eum, dedit illis signum dicens Quemcumque
osculatus fuero, ipse est, tenete eum. 49 Et
confestim accedens ad Iesum dixit Have rabbi,
et osculatus est eum. 50 Dixitque illi Iesus
Amice, ad quod venisti? Tunc accesserunt et
manus iniecerunt in Iesum et tenuerunt eum.

Codex D.—42 iterum autem abīt . . . illam bibam. 46 tra-
det. 47 seniores*. 48 dedit eis.

Codex K.—41 caro vero. 42 transire a me . . . illum bi-

si non potest . . . . . . calix transire
um fiat uoluntas tua et uenit ite
inuenit eos dormientes erant enim ocu
grauati et relictis illis abiit iterum
auit eundem sermonem dicens tunc
ad discipulos et ait illis dormite
uiescite ecce adpropriauit hora et
hominis tradetur in manus peccator
gite eamus ecce adpropiauit qui me
adet. adhuc ipso loquente ecce iuda
de duodecim uenit et cum eo plur
urba cum gladiis et fustibus missi a prin
pibus sacerdotum et senioribus populi.
autem tradidit eum dedit illis signum
cens quemcumq. osculatus fuero ipse
enete eum et confestim accedens ad
xit aue rabbi et osculatus est eum
it ihs̄ amice ad quod uenisti tunc
erunt et manus iniecerun

bam. 45 hominum peccatorum. 46 tradet. 47 adhuc eo . . . . unus ex. 48 dedit eis. 50 ad quod venisti amice fac.

51 Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu ex-
tendens manum exemit gladium suum, et percu-
tiens servum principis sacerdotum amputavit
auriculam eius. 52 Tunc ait illi Iesus Converte
gladium tuum in locum suum: omnes enim qui
acceperint gladium gladio peribunt. 53 An pu-
tas quia non possum rogare patrem meum, et
exhibebit mihi modo plus quam duodecim legio-
nes angelorum? 54 Quomodo ergo implebuntur
scripturae, quia sic oportet fieri? 55 In illa hora
dixit Iesus turbis Tamquam ad latronem existis
cum gladiis et fustibus comprehendere me: coti-
die apud vos sedebam docens in templo, et non
me tenuistis. 56 Hoc autem totum factum est
ut implerentur scripturae prophetarum. Tunc
discipuli omnes relicto eo fugerunt.

57 At illi tenentes Iesum duxerunt ad Caia-
phan principem sacerdotum, ubi scribae et se-
niores convenerant. 58 Petrus autem sequebatur

Codex D.—57 illi autem.

Codex K.—51 percussit . . . et amputavit. 52 accipiunt . . . in gladio. 53 me rogare . . . ut exhiberet. 54 si *pro* sic. 55 cotidie autem. 56 discipuli eius . . . 57 duxerunt eum. 58 *om.* autem.

et percussit seruum principis
et abscidit eius auriculam
conuerte gladium tuum in locum
nes enim qui accipiunt gladium
ibunt aut putatis non posse me
gare patrem meum et exiberet
uam duodecim milia legiones angel
uomodo ergo complebuntur scribtu
uia sic oportet fieri . in illa hora dixit
d turbas quasi ad latronem uenis
um gladiis et fustibus compraehendere
ttidie apud uos eram in templo do
non tenuistis me hoc autem totum
m est ut implerentur scribturae
arum tunc discipuli eius omnes re
cto eo fugerunt illi autem tenente
m perduxerunt ad caifan princ
rdotum ubi scribae et seniore
trus autem seq

---

9 ('milia' *erasum*).

eum a longe usque in atrium principis sacerdo-
tum: et ingressus intro sedebat cum ministris
ut videret finem.

59 Principes autem sacerdotum et omne con-
cilium quaerebant falsum testimonium contra
Iesum, ut eum morti traderent, 60 et non in-
venerunt, cum multi falsi testes accessissent:
novissime autem venerunt duo falsi testes 61 et
dixerunt Hic dixit Possum destruere templum
dei et post triduum aedificare illud. 62 Et sur-
gens princeps sacerdotum ait illi Nihil respondes
ad ea quae isti adversum te testificantur? 63 Iesus
autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi
Adiuro te per deum vivum ut dicas nobis si tu es
Christus filius dei. 64 Dicit illi Iesus Tu dixisti:
verum tamen dico vobis, a modo videbitis filium
hominis sedentem a dextris virtutis et venientem
in nubibus caeli. 65 Tunc princeps sacerdotum
scidit vestimenta sua dicens Blasphemavit: quid
adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blas-

Codex D.—61 post tridio. 63 principes*.

Codex K.—59 morti traderent eum. 60 non invenerunt in eum quincam (*sic*) *post* accessissent. 61 hoc templum.

et ingr . . . . . . intus
ut uideret exitum rei . principes
cerdotum et uniuersum consilium qu
ebant falsum testimonium aduersus ih̄
ut eum morti trader^{n}et et non inuenerun
eum quicquam nouissime autem u
unt duo falsi testes et dixerunt audiu
hunc dixisse possum destruere temp
c . et post triduum illud reaedificare
surgens princepės sacerdotum dixit illi .
respondeńs ad ea quae isti aduersu
estificantur ih̄s autem tacebat et re
pondens princeps sacerdotum dixit illi .
iuro te per dm̄ uiuum ut dicas nobis si tu e
filius dī et dixit illi ih̄s tu dixisti uerum d
co uobis amodo uidebitis filium homini
dentem ad dextris uirtutis et uenient
n nubibus caeli tunc princeps sace
um conscidit uestimenta sua dice
uit , quid adhuc

[12] ('princeps' *corr. e* 'principes').

62 respondens . . . *post* isti *add.* dicunt. 63 vobis *pro* nobis . . . dei vivi. 64 virtutis altissimi. 65 blasfemiam eius.

phemiam. 66 Quid vobis videtur? At illi re-
spondentes dixerunt Reus est mortis. 67 Tunc
expuerunt in faciem eius et colaphis eum cecide-
runt, alii autem palmas in faciem ei dederunt,
68 dicentes Prophetiza nobis, Christe, quis est
qui te percussit?

69 Petrus vero sedebat foris in atrio, et acces-
sit ad eum una ancilla dicens Et tu cum Iesu
Galilaeo eras. 70 At ille negavit coram omni-
bus dicens Nescio quid dicis. 71 Exeunte autem
illo ianuam vidit eum alia et ait his qui erant ibi
Et hic erat cum Iesu Nazareno. 72 Et iterum
negavit cum iuramento quia non novi hominem.
73 Et post pusillum accesserunt qui stabant et
dixerunt Petro Vere et tu ex illis es: nam et
loquella tua manifestum te facit. 74 Tunc coepit
detestari et iurare quia non novisset hominem.
Et continuo gallus cantavit. 75 Et recordatus
est Petrus verbi Iesu quod dixerat Prius quam
gallus cantet ter me negabis: et egressus foras
ploravit amare.

70 (*quod**).

Codex D.—67 caederunt. 71 *om.* autem. 75 amarissime flevit* flevit amare**.

Codex K.—67 dederunt in faciem eius. 69 autem *pro*

illi res
ixerunt reus est morti
nt in faciam eius et cola
ii autem palmas dederunt i
ntes profetiza nobis χp̄ē q
rcussit petrus autem sedebat f
et accessit ad eum una de ancil
t et tu cum ihū galileo eras ad ille ne
oram omnibus dicens nescio quid dicis
tellego exeuntem autem illum ianua
it eum alia ancilla et ait eis qui eran
hic erat cum ihū nazoreno et iterum n
auit cum iuramentoṁ dicens quia non n
i hominem . et post pusillum accesserun
ui ibi sta[ba]nt et dixerunt petro reuera ex
is es tu nam et loquella tua similis
unc coepit deuotare et iurare quod
isset hominem et statim gallus cant
ememoratus est petrus uerbum ihū
squam gallus can

[14] (‘juramento’ *corr. ex.* ‘ . . tum’). [16] (*sic*).

---

vero. 70 quid. 71 alia ancella . . . ait eis . . . ibi erant . . . dicens quia. 73 ibi stabant. 75 amarissimae flevit.

XXVII. 1 Mane autem facto consilium inie-
runt omnes principes sacerdotum et seniores
populi adversus Iesum, ut eum morti traderent.
2 Et vinctum adduxerunt eum et tradiderunt
Pontio Pilato praesidi.

3 Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod
damnatus esset, paenitentia ductus retulit tri-
ginta argenteos principibus sacerdotum et seni-
oribus 4 dicens Peccavi tradens sanguinem
iustum. At illi dixerunt Quid ad nos? tu vide-
ris. 5 Et proiectis argenteis in templo recessit,
et abiens laqueo se suspendit. 6 Principes au-
tem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt Non
licet mittere eos in corbanan, quia pretium san-
guinis est. 7 Consilio autem inito emerunt ex
illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.
8 Propter hoc vocatus est ager ille Achelde-
mach, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.
9 Et tunc impletum est quod dictum est per
Hieremiam prophetam dicentem Et acceperunt
triginta argenteos pretium appretiati quem ap-

Codex D.—XXVII. 3 tringenta (*et* 9). 6 curban.

Codex K.—XXVII. 1 consilium fecerunt. 3 Iudas videns . . . quia *pro* quod. 6 tunc autem princeps . . . . eos mittere

s principes
is aduersum ih̄m ut morti
uinctum eum adduxerun
praesidi tunc uidens iuda
tradidit quoniam damnatus
ntia ductus rettulit triginta s
principibus sacerdotum et seniorib
ns . peccaui quod tradiderim sanguin
um ad illi dixerunt quid ad nos tu ui
roiectis argenteis in templo secessit et
ueo se suspendit tunc principes sacer
acceptis argenteis dixerunt non li
mittere in corbam quia praetium san
guinis est consilio autem facto inter se
merunt agrum figuli in sepulturam per
orum propter hoc cognominatus est ag
e acheldemas quod est ager sangui
ue in hodiernum diem tunc adimp
d dictum est per ierem

. . . curban . . . . est sanguinis. 8 quod est ager. 9 *om.* et *prius* . . . profetam Heremiam . . . quod *pro* quem . . . filii.

pretiaverunt a filiis Israhel, 10 et dederunt eos
in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.

11 Iesus autem stetit ante praesidem, et inter-
rogavit eum praeses dicens Tu es rex Iudaeorum?
Dicit ei Iesus Tu dicis. 12 Et cum accusaretur
a principibus sacerdotum et senioribus, nihil re-
spondit. 13 Tunc dicit illi Pilatus Non audis
quanta adversum te dicant testimonia? 14 Et
non respondit ei ad ullum verbum, ita ut mirare-
tur praeses vehementer. 15 Per diem autem
sollemnem consueverat praeses dimittere populo
unum vinctum quem voluissent. 16 Habebat
autem tunc vinctum insignem qui dicebatur Ba-
rabbas. 17 Congregatis ergo illis dixit Pilatus
Quem vultis dimittam vobis, Barabban an Iesum
qui dicitur Christus? 18 Sciebat enim quod per
invidiam tradidissent eum. 19 Sedente autem
illo pro tribunali misit ad illum uxor eius dicens
Nihil tibi et iusto illi: multa enim passa sum

CODEX D.—13 dicunt.

CODEX K.—12 respondebat. 13 te testificantur . . . multum *pro* vehementer. 15 consuerat. 16 *om.* tunc. 17 aut *pro* an. 19 ad eum . . . nihil sit tibi de iusto illo.

in agrum fig
ihs̄ autem stetit ante praesi
gauit eum pilatus dicens . tu es
um dixit ei ihs̄ tu dicis et cum acc
rincipibus sacerdotum et senior
respondebat tunc dicit ei pil
udis quanta aduersum te testific
non respondit ei ullum sermonem
raretur praeses multum . per diem
m sollemnem consuetudo erat ut
s dimitteret populo unum uinctum q
luissent habebant autem uinctum
ilem in carcerem qui dicebatur barab
ongregatis autem illis dixit pilatus quem
ltis uobis dimittam barabban aut ihm̄
ui dicitur χp̄s sciebat enim quod per
diam tradiderunt eum sedente
illo pro tribunali misit ad illum ux
nihil tibi sit et iusto illi m

hodie per visum propter eum. 20 Principes au-
tem sacerdotum et seniores persuaserunt populis
ut peterent Barabban, Iesum vero perderent.
21 Respondens autem praeses ait illis Quem
vultis vobis de duobus dimitti? At illi dix-
erunt Barabban. 22 Dicit illis Pilatus Quid
igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus?
23 Dicunt omnes Crucifigatur. Ait illis praeses
Quid enim mali fecit? At illi magis clama-
bant dicentes Crucifigatur. 24 Videns autem
Pilatus quia nihil proficeret sed magis tumultus
fieret, accepta aqua lavit manus coram populo
dicens Innocens ego sum a sanguine iusti huius:
vos videritis. 25 Et respondens universus po-
pulus dixit Sanguis eius super nos et super filios
nostros. 26 Tunc dimisit illis Barabban, Iesum
autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.

27 Tunc milites praesidis suscipientes Iesum
in praetorio congregaverunt ad eum universam
cohortem: 28 et exeuntes eum clamydem cocci-

20 (*princeps*).

Codex K.—21 dimittam. 23 clamaverunt. 24 coram omni populo . . . ego innocens. 25 respondit. 25 filios vestros.

principes . . tem sacer
persuaserunt populo ut peteren
abban ihm̄ autem perderent respo
dens autem praesis ait illis quem uult
e duobus uobis dimittam ad illi dixe
araban dicit illis pilatus quid ergo fa
mus ihū qui dicitur χp̄s dicunt omn
cifigatur ait illis praeses quid en
ali fecit ad illi magis clamabant cru
gatur uidens autem pilatus se nihil
oficere sed magis tumultum fieri
cepit aquam lauit manus suas coram p
pulo dicens innocens sum ego a sanguin
huius uos uideritis et respondens omnis
turba dixit sanguis huius super nos et sup
filios nostros tunc dimisit illis bar
an ihm̄ autem flagellis caesum trad
t eis ut eum crucifigerent tunc
es praesidis duxerunt ihm̄ in praet
congregauerunt ad eum u

---

26 vero *pro* autem. 28 *post* eum *add.* induerunt tonicam purpuream et.

neam circumdederunt ei, 29 et plectentes coro-
nam de spinis posuerunt super caput eius et
harundinem in dextera eius, et genu flexo ante
eum inludebant dicentes Have rex Iudaeorum.
30 Et expuentes in eum acceperunt harundinem
et percutiebant caput eius. 31 Et postquam in-
luserunt ei, exuerunt eum clamyde et induerunt
eum vestimentis eius, et duxerunt eum ut crucifi-
gerent.

32 Exeuntes autem invenerunt hominem Cy-
renaeum nomine Simonem: hunc angariaverunt
ut tolleret crucem eius. 33 Et venerunt in
locum qui dicitur Golgotha, quod est calvariae
locus. 34 Et dederunt ei vinum bibere cum
felle mixtum, et cum gustasset noluit bibere.
35 Postquam autem crucifixerunt eum, divise-
runt vestimenta eius sortem mittentes, ut imple-

Codex D.—29 dexteram. 31 clamidem. 35 *om.* ut impleretur *usq. ad* miserunt sortem.

Codex K.—29 inpossuerunt . . . dexteram . . . inludebant ante eum. 31 eum *pro* ei . . . clamidem . . . suis *pro* eius . . . crucifigeretur. 32 *post* cyrin eum (*sic*) *add.* venientem in obiam sibi . . . angarizaverunt. 33 ad locum . . . nominatur *pro* est. 34 bibere vinum. 35 postquam autem . . . . diviserunt sibi . . . . profetam dicentem.

et coronam de spinis
super capud eius et harundin
xteram eius et genu posito ante eum
debant dicentes haue rex iudaeoru
xpuerunt in faciaem eius et acc
arundinem et percutiebant cap
postquam inluserunt eum exuerunt
um clamide et induerunt eum ues
is eius et duxerunt eum ut crucifig
xeuntes autem inuenerunt homin
yrenensem uenientem obuiam in
nomine simonem hunc angariauerun
ut tolleret crucem eius et uenerunt in lo
cum qui dicitur golgotha quod est int
praetatum caluariae locus et dederu
ei bibere uinum cum felle mixtum
cum gustasset noluit bibere postqu
utem crucifixerunt eum diuiser
enta eius sortem mittente

---

7 (*sic* 'a' *punctat.*) 11 ('duxerunt' *corr. ex* 'dixerunt.')

retur quod dictum est per prophetam Diviserunt
sibi vestimenta mea, et super vestem meam mise-
runt sortem. 36 Et sedentes servabant eum.
37 Et inposuerunt super caput eius causam ip-
sius scriptam Hic est Iesus rex Iudaeorum.

38 Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones,
unus a dextris et unus a sinistris. 39 Praeter-
euntes autem blasphemabant eum, moventes
capita sua 40 et dicentes Qui destruebat tem-
plum dei et in triduo illud reaedificabat: salva
temet ipsum: si filius dei es, descende de cruce.
41 Similiter et principes sacerdotum inludentes
cum scribis et senioribus dicentes 42 Alios sal-
vos fecit, se ipsum non potest salvum facere: si
rex Israhel est, descendat nunc de cruce, et cre-
dimus ei. 43 Confidet in deo: liberet nunc eum
si vult; dixit enim quia dei filius sum. 44 Id
ipsum autem et latrones qui cruci fixi erant cum
eo inproperabant ei.

45 A sexta autem hora tenebrae factae sunt
super universam terram usque ad horam nonam.

44 (*om.* cruci*.)

Codex D.—38 crucifixerunt . . . duos (*at* unus . . . unus). 40 destruet . . . . reaedificat. 43 deum. 44 cruci *delet.***

miserunt sortem et sedentes
eum et posuerunt supra capud eiu
s scribtam hic est rex iudaeorum tun
rucifixerunt cum eo duos latrones
a dextris et unum a sinistris transeu
autem blasfemabant eum mouentes cap
a et dicentes ua qui destruebat temp
n triduo illud reaedificabat saluum
si filius dī es et descende de cruce sim
er et principes sacerdotum deludentes
m cum scribis et farisaeis dicebant . al
s saluos fecit se ipsum saluum facere non
otest si rex israhel est descendat nunc
e cruce et credimus ei confidet in do suo
iberet nunc eum si uult eum dixit enim q
dī filius sum id ipsum autem et latrones q
rucifixerāt cum eo improperabant ei
autem sexta tenebrae factae sun
er uniuersam terram usq . in horam

Codex K.—37 *om.* Iesus. 38 crucifixerant xri . . . duos (*at* unus . . . unus). 39 blasphemant. 40 distruebas . . . reaedificabas illud ; salva autem te ipsum . . . nunc de cruce. 41 inludebant. 42 credemus. 43 confidit in domino, et nunc liberet. 44 *post* ei *add.* et postquam crucifixus est. 45 *om.* autem.

*

46 Circa horam vero nonam clamavit Iesus voce
magna dicens Heli heli lema sabacthani, hoc est
Deus meus deus meus, ut quid dereliquisti me?
47 Quidam autem illic stantes et audientes dice-
bant Heliam vocat iste. 48 Et continuo currens
unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto et
inposuit harundini, et dabat ei bibere. 49 Ceteri
vero dicebant Sine videamus an veniat Helias
liberans eum.

50 Iesus autem iterum clamans voce magna
emisit spiritum. 51 Et ecce velum templi scis-
sum est in duas partes a summo usque deorsum,
et terra mota est, et petrae scissae sunt, 52 et
monumenta aperta sunt, et multa corpora sanc-
torum qui dormierant surrexerunt. 53 Et exe-
untes de monumentis post resurrectionem eius
venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt
multis. 54 Centurio autem, et qui cum eo erant
custodientes Iesum, viso terrae motu et his quae
fiebant, timuerunt valde, dicentes Vere dei filius

Codex D.—46 et circa (*om.* vero) . . . exclamavit. 49 venit.

Codex K.—46 circa autem (*om.* vero) . . . . laba *pro* lema . . . *om.* meus *prius* . . . . me direliquisti. 48 occurrens . . . .

meus ds̄ meus ut quid
dam autem illic stantes d
ntes . heliam uocat iste et c
ns unus ex eis acceptam spun
aceto et imposuit in harundin
it ei bibere ceteri uero diceb
deamus si uenit helias et saluabit e
s autem iterum exclamauit uoce mag
emisit sp̄m et ecce uelum templi scissum
in duas partes a summo usque deorsu
terra mota est et petrae fissae sunt et
onumenta aperta sunt et multa cor
ora sanctorum dormientium surrexe
unt et exeuntes de monumentis post
esurrectionem ipsius uenerunt in sanc
am ciuitatem et multis apparuerun
nturio autem et qui cum eo erant
dientes ihm cum uidissent ter
et ea quae fiebant . timue

---

ex illis. 49 Helias et liberaret. *Post* eum *add.* alius autem accepta lancea pupungit latus eius et exiit aqua et sangis (*sic*). 50 exclamans. 52 sanctorum dormientium. 53 multis apparuerunt.

erat iste. 55 Erant autem ibi mulieres multae a
longe, quae secutae erant Iesum a Galilaea mi-
nistrantes ei: 56 inter quas erat Maria Magda-
lene, et Maria Iacobi et Ioseph mater; et mater
filiorum Zebedaei.

57 Cum sero autem factum esset, venit quidam
homo dives ab Arimathia, nomine Ioseph, qui et
ipse discipulus erat Iesu: 58 hic accessit ad Pi-
latum et petit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit
reddi corpus. 59 Et accepto corpore Ioseph in-
volvit illud sindone munda, 60 et posuit illud in
monumento suo novo quod exciderat in petra, et
advolvit saxum magnum ad ostium monumenti
et abiit. 61 Erat autem ibi Maria Magdalene
et altera Maria, sedentes contra sepulchrum.

62 Altera autem die, quae est post parasce-
ven, convenerunt principes sacerdotum et Phari-
saei ad Pilatum 63 dicentes Domine, recordati
sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens Post

Codex D.—55 secutae fuerant. 56 *interpung. ut vid. post* Ioseph). 58 (petit = *Am.*)

Codex K.—54 dei erat filius. 55 secutae fuerant . . . illi *pro* ei. 57 autem sero. 58 petit . . . . dari corpus . . . . Iesu *pro* Ioseph. 60 possuit eum . . . et *pro* ad . . . abit. 63 quod *pro* quia . . .

ecutae fuerunt ihm̄
ntes illi inter quas erat m
na et maria iacobi et iosep
orum zebedei cum autem ser
est et uenit quidam homo diues
atia nomine ioseph . qui et ipse disc
at ihū hic accessit ad pilatum et pet
pus ihū tunc pilatus iussit dari co
us et cum accepisset ioseph corpus ih
uoluit illud in sindone mundo et pos
eum in monumento suo nouo quod ex
derat in petra et aduoluit saxum magn
ad ostium monumenti et discessit era
autem ibi maria magdalena et altera m
ria sedentes contra sepulchrum alt
utem die quae est post parasceuen c
nerunt principes sacerdotum et far
latum dicentes dn̄e rememora
quod seductor ille dixit cum

tres dies resurgam. 64 Iube ergo custodiri se-
pulchrum usque in diem tertium, ne forte veniant
discipuli eius et furentur eum et dicant plebi
Surrexit a mortuis, et erit novissimus error peior
priore. 65 Ait illis Pilatus Habetis custodiam:
ite custodite sicut scitis. 66 Illi autem abeuntes
munierunt sepulchrum signantes lapidem cum
custodibus.

XXVIII. [74] 1 Vespere autem sabbati, quae
lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene
et altera Maria videre sepulchrum. 2 Et ecce
terrae motus factus est magnus: angelus enim
domini descendit de caelo et accedens revolvit
lapidem, et sedebat super eum: 3 erat enim
aspectus eius sicut fulgur et vestimentum eius
sicut nix. 4 Prae timore autem eius exterriti
sunt custodes et facti sunt velut mortui. 5 Re-
spondens autem angelus dixit mulieribus Nolite
timere vos: scio enim quod Iesum qui crucifixus
est quaeritis: 6 non est hic, surrexit enim sicut
dixit: venite videte locum ubi positus erat domi-
nus. 7 Et cito euntes dicite discipulis eius quia

Codex D.—XXVIII. 3 erat autem.

Codex K.—63 post tertium diem. 65 milites *pro* custo-

diem
ueniant discipuli eius et fure
cant plebi surrexit a mortuis et erit n
mus error peior priori ait illis pilatus
milites ite et custodite sicut scitis illi au
ntes munierunt sepulchrum et signaue
pidem cum custodibus . . . . . .
ii . uespere autem sabbati quae l
prima sabbati uenit maria magdale
ltera maria uidere sepulchrum et ec
rrae motus factus est magnus angel
im dn̄i descendit de caelo et accedens r
luit lapidem et sedebat super eum et erat
ectus eius sicut fulgur et uestimenta eius
ndida sicut nix a timore autem eius exte
i sunt custodes et facti sunt sicut mortu
spondens autem angelus dixit mulieribu
lite timere uos scio enim quod ihm̄ q
ui crucifixus est non est hic su
dixerat uenite et uidete l. . .
o ite

---

diam . . . . cum custodibus *ante* munierunt . . . . lapidem et discesserunt. XXVIII. 1 de caelo discendit. 3 erat autem . . . fulgor . . . candidum sicut nix. 6 sed surrexit enim . . . et videte.

surrexit, et ecce praecedit vos in Galilaeam: ibi
eum videbitis. Ecce praedixi vobis. 8 Et exie-
runt cito de monumento cum timore et magno
gaudio currentes nuntiare discipulis eius. 9 Et
ecce Iesus occurrit illis dicens Havete. Illae
autem accesserunt et tenuerunt pedes eius et
adoraverunt eum. 10 Tunc ait illis Iesus Nolite
timere: ite nuntiate fratribus meis ut eant in Ga-
lilaeam: ibi me videbunt.

11 Quae cum abissent, ecce quidam de custo-
dibus venerunt in civitatem et nuntiaverunt prin-
cipibus sacerdotum omnia quae facta fuerant.
12 Et congregati cum senioribus consilio ac-
cepto pecuniam copiosam dederunt militibus,
13 dicentes Dicite quia discipuli eius nocte ve-
nerunt et furati sunt eum nobis dormientibus:
14 et si hoc auditum fuerit a praeside, nos sua-
debimus ei et securos vos faciemus. 15 At illi
accepta pecunia fecerunt sicut erant docti. Et
divulgatum est verbum istud apud Iudaeos usque
in hodiernum diem.

Codex D.—8 gaudio magno.

Codex K.—7 surrexit a mortuis . . . sicut dixit *pro* ecce praedixi. 8 gaudio magno . . . . suis *pro* eius. 15 sicut edocti . . .

timore et gaud
nuntiate discipulis eius et ecce
dicens hauete ille autem acc
anplexerunt pedes eius et adora
eum tunc ait illis ihs̄ nolite timere
fratribus meis quia praecedo uo
galileam et ibi me uidebunt quae
ent ecce quidem de custodibus uene
ciuitarem et nuntiauerunt principibus
dotum omnia quae facta sunt et con
cum senioribus consilium acceperun
cuniam dederunt militibus dicentes
te quia discipuli eius nocte uenerunt
furati sunt eum nobis dormientibus
hoc auditum fuerit a praeside nos pers
bimus ei et securos uos faciemus ad i
pta pecunia fecerunt sicut erant
et deuulgatum est uerbum hoc
sque in hodiernum die

16 Undecim autem discipuli abierunt in Gali-
laeam, in montem ubi constituerat illis Iesus,
17 et videntes eum adoraverunt, quidam autem
dubitaverunt. 18 Et accedens Iesus locutus est
eis dicens Data est mihi omnis potestas in caelo
et in terra. 19 Euntes ergo docete omnes gen-
tes, baptizantes eos in nomine patris et filii et
spiritus sancti, 20 docentes eos servare omnia
quaecumque mandavi vobis: et ecce ego vobis-
cum sum omnibus diebus usque ad consumma-
tionem saeculi. Amen.

CODEX K.—18 *om.* Iesus. 19 ergo nunc. 20 observare.

HIAT CODEX USSERIANUS.

SECUNDUM IOHANNEM.

I. 1 In principio erat verbum, et verbum erat
apud deum, et deus erat verbum. 2 Hoc erat in
principio apud deum. 3 Omnia per ipsum facta
sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum
est. 4 In ipso vita erat, et vita erat lux homi-
num: 5 et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam
non comprehenderunt. 6 Fuit homo missus a
deo, cui nomen erat Iohannes: 7 hic venit in
testimonium, ut testimonium perhiberet de lu-
mine, ut omnes crederent per illum. 8 Non
erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de
lumine. 9 Erat lux vera, quae inluminat omnem
hominem venientem in mundum. 10 In mundo
erat, et mundus per ipsum factum est, et mundus
eum non cognovit. 11 In propria venit, et sui
eum non receperunt. 12 Quotquot autem rece-
perunt eum, dedit illis potestatem filios dei fieri,
his qui credunt in nomine eius, 13 qui non ex
sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex
voluntate viri sed ex deo nati sunt. 14 Et ver-
bum caro factum est et habitavit in nobis, et
vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a
patre, plenum gratiae et veritatis. 15 Iohannes

Codex D.—I. 12 eis. 13 voluptate viri.

HIAT CODEX USSERIANUS.

testimonium perhibet de ipso et clamat dicens
Hic erat quem dixi vobis Qui post me venturus
est, ante me factus est, quia prior me erat.
16 Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,
gratiam pro gratia: 17 quia lex per Moysen data
est, gratia et veritas per Iesum Christum facta
est. 18 Deum nemo vidit umquam: unigenitus
filius qui est in sinu patris, ipse enarravit.

19 Et hoc est testimonium Iohannis, quando
miserunt Iudaei ab Hierosolymis sacerdotes et
Levitas ad eum, ut interrogarent eum Tu quis
es? 20 Et confessus est et non negavit, et
confessus est quia non sum ego Christus. 21 Et
interrogaverunt eum Quid ergo? Helias es tu?
Et dicit Non sum. Propheta es tu? Et respon-
dit Non. 22 Dixerunt ergo ei Quis es? ut re-
sponsum demus his qui miserunt nos: quid dicis
de te ipso? 23 Ait Ego vox clamantis in deserto
Dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta.
24 Et qui missi fuerant, erant ex Pharisaeis,
25 et interrogaverunt eum et dixerunt Quid ergo
baptizas, si tu non es Christus neque Helias ne-

18 (*narravit***). 19 (*om.* est).

CODEX D.—15 *om.* vobis. 19 hoc est. 24 *om.* erant.

at . . cens hic est de quo dixi qu
it ante me factus est quia prior me e
oniam de plenitudine eius nos omnes ac
s gratiam pro gratia quoniam lex per mo
ta est gratia autem et ueritas per ihm̄ χpm̄
est dm̄ nemo uidit unquam nisi unige
ius qui est in sinu patris ipse enarrauit et
t testimonium iohannis cum misisent
hierusolymis sacerdotes et leuitas ad il
nterrogarent eum dicentes tu quis es et
sus est et non negauit confessus est qu
o non sum χps̄ et interrogauerunt eum it
centes helias es tu . ait non sum numquid o
profeta es tu . respondit non . et dixerun
c ergo quis es tu ut responsum demus his
ui nos miserunt quid dicis de te ipso qu
s ait ego uox clamantis[(a)] in deserto dir
uiam dn̄i sicut dixit eseias profeta e
fuerant a iudaeis ut interrogarent
nt ei quid ergo baptizas si tu non
eta resp

16 (' quid' *super rasur.*) 17 ([(a)] ' ntis' *super rasur. m. sec. ut vid.*)

Codex K.—I. 23 ergo *pro* ego. 24 *om.* erant. 25 dixerunt ei.

que propheta? 26 Respondit eis Iohannes dicens
Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit
quem vos non scitis: 27 ipse est qui post me
venturus est, qui ante me factus est, cuius ego
non sum dignus ut solvam eius corrigiam cal-
ciamenti. 28 Haec in Bethania facta sunt trans
Iordanen, ubi erat Iohannes baptizans.

2 29 Altera die videt Iohannes Iesum venien-
tem ad se, et ait Ecce agnus dei qui tollit pecca-
tum mundi. 30 Hic est de quo dixi Post me
venit vir qui ante me factus est, quia prior me
erat. 31 Et ego nesciebam eum, sed ut mani-
festaretur in Israhel, propterea veni ego in aqua
baptizans. 32 Et testimonium perhibuit Iohan-
nes dicens quia vidi spiritum descendentem quasi
columbam de caelo, et mansit super eum. 33 Et
ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare
in aqua, ille mihi dixit Super quem videris spiri-
tum descendentem et manentem super eum, hic est
qui baptizat in spiritu sancto. 34 Et ego vidi,
et testimonium perhibui quia hic est filius dei.

35 Altera die iterum stabat Iohannes et ex
discipulis eius duo, 36 et respiciens Iesum am-
bulantem dicit Ecce agnus dei. 37 Et audierunt

ua med . . . autem
oratis ipse est qui post me uenit
ctus est cuius ego non sum dignus soluere
giam calciamenti eius haec autem fac
nt in bethaniam trans iordanen ubi er
hannes baptizans - - - - - - -
postera autem die uidit iohannes ihm̄
m ad se et ait ecce agnus dī ecce qu
eccata mundi hic est de quo dixi post
nit uir qui ante me factus est quia prior
et ego ignorabam eum sed ut manifestar
israhel propter hoc ueni ego in aqua bapt
testificatus est iohannes dicens quonia
di spm̄ sicut columbam descendentem de
o et manentem super eum et ego ignorabam eu
ed qui misit me baptizare in aquam ipse mihi d
per quem uideris spm̄ descendentem et manen
um ipse est qui bap^{ti}zat in spū s̄c̄ō et ego
monium perhibui quoniam ipse est f
et postero die stabat iohanne
et intuens

Codex D.—30 quia ante. 31 manifestetur. 35 discipuli eius duo*.

Codex K.—29 vidit . . . *post* dei *add.* ecce. 32 sicut *pro* quasi.

eum duo discipuli loquentem, et secuti sunt Ie-
sum. 38 Conversus autem Iesus et videns eos
sequentes se dicit eis Quid quaeritis? Qui dixe-
runt ei Rabbi, quod dicitur interpretatum magis-
ter, ubi habitas? **3** 39 Dicit eis Venite et videte.
Venerunt et viderunt ubi maneret, et apud eum
manserunt die illo; hora autem erat quasi de-
cima. 40 Erat autem Andreas frater Simonis
Petri unus ex duobus qui audierant ab Iohanne
et secuti fuerant eum. 41 Invenit hic primum
fratrem suum Simonem, et dicit ei Invenimus
Messiam, quod est interpretatum Christus, 42 et
adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum
Iesus dixit Tu es Simon filius Iohanna, tu voca-
beris Cephas, quod interpretatur Petrus.

43 In crastinum voluit exire in Galilaeam, et
invenit Philippum, et dicit ei Sequere me.
44 Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate
Andreae et Petri. 45 Invenit Philippus Natha-
nahel et dicit ei Quem scripsit Moyses in lege et
prophetae, invenimus, Iesum filium Ioseph a Na-
zareth. 46 Et dixit ei Nathanahel A Nazareth

42 (*vocaveris*).

Codex D.—43 dicit ei Iesus. 44 Bessaida.

runt eum duo ex discipulis eius loqu
uti sunt eum . conuersus autem i
uidit eos sequisse et dixit^{illis} quid quaerit
dixerunt ei rabbi quod interpraetatur
gister ubi manes ait illis ihs̄ uenite et uide
nerunt autem et uiderunt ubi maneret
apud eum manserunt illa die hora autem e
rciter decima erat autem andreas fr
monis petri unus ex duobus qui audiera
iohanne et secuti sunt eum inuenit hic
e fratrem suum simonem qui dicit illi . inuen
us messiam quod est interpraetatum χp̄s̄
cit eum ad ihm̄ . intuens autem ihs̄ dixit
mon filius iohannis tu uocaberis cefas quo
terpraetatur petrus . postera die uoluit pr
isci in galileam et inuenit filippum et dixit
sequere me . erat autem filippus a betsa
ciuitate andrae et petri inuenit filip
anael et dixit illi quem scribit moyses
ofetae inuenimus ihm̄ filium
dixit . ll .

[3] ('sequisse' *sic*).

Codex K.—36 dixit. 38 Iesum . . . consequentes* . . . dixit*. 40 secuti sunt fuerant. 43 ei Iesus. 45 et dicit autem

potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus
Veni et vide. 47 Vidit Iesus Nathanahel veni-
entem ad se dicit de eo Ecce vere Israhelita, in
quo dolus non est. 48 Dicit ei Nathanahel Unde
me nosti? Respondit Iesus et dixit ei Prius
quam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu,
vidi te. 49 Respondit ei Nathanahel et ait
Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israhel. 50 Re-
spondit Iesus et dixit ei Quia dixi tibi Vidi te sub
ficu, credis? maius his videbis. 51 Et dicit ei
Amen amen dico vobis, videbitis caelum apertum
et angelos dei ascendentes et descendentes supra
filium hominis.

II. **4** 1 Et die tertio nuptiae factae sunt in
Cana Galilaeae, et erat mater Iesu tibi: 2 voca-
tus est autem ibi et Iesus et discipuli eius ad
nuptias. 3 Et deficiente vino dicit mater Iesu
ad eum Vinum non habent. 4 Et dicit ei Iesus
Quid tibi et mihi est, mulier? nondum venit hora
mea. 5 Dicit mater eius ministris Quodcumque
dixerit vobis, facite. 6 Erant autem ibi lapideae
hydriae sex positae secundum purificationem Iu-

CODEX D.—47 ecce vir israhelita. 48 sub arbore fica. 49 et respondit . . . *om.* es *sec**. II. 4 mihi et tibi.

et uide uidens au . . m . . . . atha . . .
ntem ad se dixit de eo ecce homo ue
helita in quo dolus non est ait illi natha
de me nosti respondit ihs̄ et dixit ei ante
filippus uocaret cum esses sub arbore fi
ea uidi te respondit nathanael et ait illi
filius dī tu es rex israhel respondit
di . . t ei quoniam dixi tibi quod uiderim te
bore ficulnea credis maiora horum ui
dicit eis amen amen dico uobis a modo u
s caelum apertum et angelos dī ascende
descendentes supra filium hominis
et tertio die nuptiae factae sunt in
galileae et erat mater ihū ibi inuitatus
autem et ihs̄ cum discipulis suis ad nuptias et
num non habebant quoniam finitum es
num nuptiarum - et dicit mater ihū ad ei
num non habent et dicit ei ihs̄ quid m
st mulier nondum uenit hora me
eius ministris quodcunque
e

Codex K.—48 sub arbore fici. 51 dicit eis. II. 1 tertia. 4 mihi et tibi.

daeorum, capientes singulae metretas binas vel
ternas. 7 Dicit eis Iesus Implete hydrias aqua.
Et impleverunt eas usque ad summum. 8 Et
dicit eis Iesus Haurite nunc et ferte architriclino.
Et tulerunt. 9 Ut autem gustavit architriclinus
aquam vinum factam, et non sciebat unde esset,
ministri autem sciebant qui hauserant aquam, vo-
cat sponsum architriclinus 10 et dicit ei Omnis
homo primum bonum vinum ponit, et cum ine-
briati fuerint, tunc id quod deterius est: tu ser-
vasti bonum vinum usque adhuc. 11 Hoc fecit
initium signorum Iesus in Cana Galilaeae, et
manifestavit gloriam suam, et crediderunt in
eum discipuli eis. 12 Post hoc descendit Ca-
pharnaum ipse et mater eius et fratres eius et dis-
cipuli eius, et ibi manserunt non multis diebus.

[5] 13 Et properabat pascha Iudaeorum, et
ascendit Hierosolyma Iesus. 14 Et invenit in
templo vendentes boves et oves et columbas et

Codex D.—13 et prope erat . . . Hierusolimam.

Codex K.—7 aquam. 9 vocavit. 13 et prope erat.

tretas binas vel
plete hydrias aqua   et impl
ue susum et ait illis ihs̄ hau . . . nu
rte architriclino   et attulerunt cum
uit architriclinus aquam uinum fac
et nesciebat unde esset min
iebant qui aurierant aquam . . vid
es factum mirabantur uocauit
onsum architriclinus   et dixit ei . omn
o in primis uinum bonum ponit et qu
riati fuerint tunc infirmius . tu a
sservasti bonum uinum usque modo
c initium signorum ihs̄ in chana gal
manifestauit honorem suum et credi
unt in eum discipuli sui post hoc descen
farnaum ipse et mater eius et fratres e
scipuli eius et ibi manserunt non m
et in proximo erat pascha iudaeo
scendit ihs̄ hierosolymis et inu
o uendentes boues et

nummularios sedentes, 15 et cum fecisset quasi
flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo,
oves quoque et boves, et nummulariorum effudit
aes et mensas subvertit, 16 et his qui columbas
vendebant dixit Auferte ista hinc, nolite facere
domum patris mei domum negotiationis. 17 Re-
cordati vero sunt discipuli eius quia scriptum est
Zelus domus tuae comedit me. 18 Responde-
runt ergo Iudaei et dixerunt ei Quod signum
ostendis nobis, quia haec facis? 19 Respondit
Iesus et dixit eis Solvite templum hoc, et in tribus
diebus excitabo illud. 20 Dixerunt ergo Iudaei
Quadraginta et sex annis aedificatum est tem-
plum hoc, et tu tribus diebus excitabis illud?
21 Ille autem dicebat de templo corporis sui.
22 Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati
sunt discipuli eius quia hoc dicebat, et credide-
runt scripturae et sermoni quem dixit Iesus.

23 Cum autem esset Hierosolymis in pascha
in die festo, multi crediderunt in nomine eius,
videntes signa eius quae faciebat: 24 ipse autem
Iesus non credebat semet ipsum eis, eo quod ipse
nosset omnes, 25 et quia opus ei non erat ut

Codex D.—15 *om.* vobis. 19 hoc est. 24 *om.* erant.

oque . . . ues et nummular
me . . as eorum euertit et d
ndentibus columbas tollite ista hinc et n
ere domum patris mei domum negotiatio
memorati sunt autem discipuli eius quoniam
um est zelus domus tuae comedit me
nderunt autem iudaei quod signum osten
quod haec facis respondit ihs̄ dixit e
uite . . . templum et in triduo resuscitab
d . dixerunt ergo iudaei xl et vi annis ae
um est hoc templum et tu in triduo resu
tas . . . lud . ille autem dicebat de templo corp
ris sui cum ergo resurrexisset a mortuis re
morati sunt discipuli eius quoniam hoc diceb
et crediderunt scribturae et uerbo quod pra
at illis ihs̄ cum autem esset in hierusolym
die sollemni paschae multi crediderun
mine eius uidentes signa quae facieba
autem ihs̄ non credidit se eis eo quo
niam non necesse habu

Codex K.—19 respondens (*retento* et). 22 surrexisset.

quis testimonium perhiberet de homine: ipse
enim sciebat quid esset in homine.

III. **6** 1 Erat autem homo ex Pharisaeis, Ni-
codemus nomine, princeps Iudaeorum: 2 hic
venit ad eum nocte et dixit ei Rabbi, scimus
quia a deo venisti magister: nemo enim potest
haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit deus
cum eo. 3 Respondit Iesus et dixit ei Amen
amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non
potest videre regnum dei. 4 Dicit ad eum Nico-
demus Quomodo potest homo nasci cum senex
sit? numquid potest in ventrem matris suae ite-
rato introire et nasci? 5 Respondit Iesus Amen
amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu, non potest introire in regnum dei.
6 Quod natum est ex carne caro est, et quod
natum est ex spiritu spiritus est. 7 Non mireris
quia dixi tibi Oportet vos nasci denuo. 8 Spi-
ritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, sed
non scis unde veniat et quo vadat: sic est omnis
qui natus est ex spiritu. 9 Respondit Nicodemus

Codex D.—III. 2 dominus cum eo. 3 de novo (*et* 7).

Codex K.—III. 2 dominus cum eo. 3 de novo. 4 renasci. 6 *post* caro est *add.* quia de carne natum est . . . *post*

autem homo d . . . . . . ae
emus princeps iudaeo . . . hic ue
et dixit ei rabbi sci . . . quoni
o uenisti magister nemo enim potest hae
a facere quae tu facis nisi fuerit cum ill
pondit ihs̄ et dixit ei amen amen dico tibi
quis natus fuerit denuo non potest uidere regn
dicit autem ad eum nicodemus quo
potest homo nasci cum sit senex numq
otest in utero matris suae de nouo introir
nasci respondit ihs̄ amen amen di
si quis natus fuerit ex aqua et spū sc̄o̅ non po
t intrare in regnum dī quod natum
e carne caro est quoniam de carne natum
et quod natum est de spū sps̄ est quoniam ds̄
s est ne mireris quod dixerim tibi · oportet
s nasci denuo sps̄ ubi uult spir
ocem eius audis sed nescis un
iat et quo eat sic est qui natus est on
et spū sc̄o̅ respondit nic

9 ('fuerit' *m. rec. ut vid.*) 17 ('est' *m. rec.*)

spiritus est *add.* quia deus spiritus est et ex deo natus est.
7 de novo. 8 aspirat.

et dixit ei Quomodo possunt haec fieri? 10 Re-
spondit Iesus et dixit ei Tu es magister in
Israhel et haec ignoras? 11 Amen amen dico
tibi quia quod scimus loquimur et quod vidimus
testamur, et testimonium nostrum non accipitis.
12 Si terrena dixi vobis et non creditis, quo-
modo si dixero vobis caelestia credetis? 13 Et
nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de
caelo, filius hominis qui est in caelo. 14 Et
sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita
exaltari oportet filium hominis, 15 ut omnis qui
credit in ipso non pereat, sed habeat vitam aeter-
nam. 16 Sic enim dilexit deus mundum ut filium
suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in
eum non pereat, sed habeat vitam aeternam.
17 Non enim misit deus filium suum in mundum
ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per
ipsum: 18 qui credit in eum non iudicatur; qui
autem non credit iam iudicatus est, quia non
credidit in nomine unigeniti filii dei. 19 Hoc
est autem iudicium quia lux venit in mundum et

Codex D.—10 *om.* in. 13 in caelo.

Codex K.—12 creditis. 13 in caelo. 14 exaltavit Moyses. 16 hunc mundum.

d . . . ibi
quim . . et quod ui
et testimonium nostrum n
terrestria dixi uobis et non cr
modo si dixero caelestia credetis
cendit in caelum nisi qui de cae
dit filius hominis qui est in cael
t moyses exaltauit serpentem in soli
ne sic exaltari oportet filium hominis
nis qui credit in eo non pereat sed habe
am aeternam sic enim dilexit ds̄ hunc
m ut filium suum unicum daret ut omn
credit in eo non pereat sed habeat ui
aeternam nec enim misit ds̄ filium suum i
hunc mundum ut iudicet mundum sed u
saluus fiat mundus per eum qui credit
eum non iudicabitur qui autem n
edit iam iudicatus est quo niam n
dit in nomine unigeniti fili dī
m iudicium quoniam lux uen

dilexerunt homines magis tenebras quam lucem:
erant enim eorum mala opera. 20 Omnis enim
qui male agit odit lucem et non venit ad lucem,
ut non arguantur opera eius: 21 qui autem facit
veritatem venit ad lucem, ut manifestentur eius
opera, quia in deo sunt facta.

22 Post haec venit Iesus et discipuli eius in
Iudaeam terram, et illic morabatur cum eis et
baptizabat. 23 Erat autem et Iohannes bap-
tizans in Aenon iuxta Salim, quia aquae multae
erant illic, et adveniebant et baptizabantur:
24 nondum enim missus fuerat in carcerem Io-
hannes. 25 Facta est ergo quaestio ex disci-
pulis Iohannis cum Iudaeis de purificatione.
7 26 Et venerunt ad Iohannem et dixerunt ei
Rabbi, qui erat tecum trans Iordanen, cui tu
testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, et
omnes veniunt ad eum. 27 Respondit Iohannes
et dixit Non potest homo accipere quicquam nisi
ei fuerit datum de caelo. 28 Ipsi vos mihi tes-
timonium perhibetis quod dixerim Ego non sum
Christus, sed quia missus sum ante illum. 29 Qui

Codex D.—22 demorabatur. 26 venerunt. 27 fuerit ei.
Codex K.—22 demorabatur. 27 fuerit ei.

mal . . git odit
enit ad lumen ne arguantur op
quoniam mala sunt . qui autem fac
ritatem uenit ad lumen ut manifest
era eius quoniam in dō sunt operata
post haec profectus est ihs̄ et discip
eius in iudaeam terram et illic moraba
m eis et baptizabat erat autem et io
es baptizans in aeno iuxta salim quo
quae multae erant ibi et ueniebant mu
et baptizabantur nondum enim ini
rat iohannis in carcerem facta est ergo
aestio ex discipulis iohannis et iudaeis de
urificatione et uenerunt ad iohannem
dixerunt ei rabbi qui erat tecum trans
rdanem cui testimonium perhibuisti ec
hic baptizat et omnes ueniunt ad eum
pondit iohannes dicens . non potest
ccipere quicquam nisi datum illi
caelo . ipsi uos mihi testimoni
dixi ego non sum

habet sponsam sponsus est: amicus autem
sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet
propter vocem sponsi: hoc ergo gaudium meum
impletum est. 30 Illum oportet crescere, me
autem minui. 31 Qui de sursum venit, supra
omnes est. Qui est de terra, de terra est et de
terra loquitur: qui de caelo venit, supra omnes
est, 32 et quod vidit et audivit, hoc testatur: et
testimonium eius nemo accipit. 33 Qui accipit
eius testimonium, signavit quia deus verax est.
34 Quem enim misit deus, verba dei loquitur:
non enim ad mensuram dat deus spiritum.
35 Pater diligit filium et omnia dedit in manu
eius. 36 Qui credit in filium, habet vitam aeter-
nam: qui autem incredulus est, non videbit vi-
tam, sed ira dei manet super eum.

IV. **8** 1 Ut ergo cognovit Iesus quia audie-
runt Pharisaei quia Iesus plures discipulos facit
et baptizat [magis] quam Iohannes, 2 quamquam
Iesus non baptizaret sed discipuli eius, 3 reliquit
Iudaeam et abiit iterum in Galilaeam 4 Opor-
tebat autem eum transire per Samariam. 5 Venit

IV. 1 (*om.* magis**).

CODEX D.—35 in manus. 36 est filio. IV. 1 *om.* magis.

sponsus . . . amicus autem sponsi
audit eum et gaudio gaudet propter uo
sponsi. hoc autem gaudium meum con
tum est illum oportet crescere me au
minorari qui de susum uenit super omn
est et qui est ex terra de terra est et de
ra loquitur qui de caelo uenit quod ui
et audiuit testatur et testimonium illius
mo accipit qui accipit testimonium eius
uit quoniam ds̄ uerax est quem enim mi
ds̄ uerba dī loquitur. non enim ad mensu
dat ds̄ spm̄ . . . pater diligit filium et o
iiii,,nia dedit in manus eius qui credit
filio habet uitam aeternam. qui autem non c
dit in filio non uidebit uitam sed ira dī ma
super eum cum ergo cognouisset ihs̄ audi
farisaeos quod ihs̄ plures discipulos fac
baptizet plus quam iohannes quam
pse non baptizaret sed discipuli eius
deam terram et profectus est
o . ortebat aute

Codex K.—29 et gaudio gaudet. 32 audit. 36 est filio. IV. 1 *om.* magis.

ergo in civitatem Samariae quae dicitur Sychar,
iuxta praedium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.
6 Erat autem ibi fons Iacob. 9 Iesus ergo fati-
gatus ex itinere sedebat sic super fontem: hora
erat quasi sexta. 7 Venit mulier de Samaria
aurire aquam: dicit ei Iesus Da mihi bibere.
8 Discipuli enim eius abierant in civitatem, ut
cibos emerent. 9 Dicit ergo ei mulier illa Sa-
maritana Quomodo tu, Iudaeus cum sis, bibere a
me poscis, quae sum mulier Samaritana? non
enim coutuntur Iudaei Samaritanis. 10 Respon-
dit Iesus et dixit ei Si scires donum dei, et quis
est qui dicit tibi Da mihi bibere, tu forsitan
petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.
11 Dicit ei mulier Domine, neque in quo aurias
habes, et puteus altus est: unde ergo habes
aquam vivam? 12 Numquid tu maior es patre
nostro Iacob, qui dedit nobis puteum et ex eo
ipse bibit et filii eius et pecora eius? 13 Re-
spondit Iesus et dixit ei Omnis qui bibit ex aqua

Codex D.—6 Iesus autem. 10 domum*. 12 ipse ex eo. 13 bibet.

Codex K.—10 quam *pro* aquam. 12 ipse ex eo.

ariae quae dicitur sychar iuxta
em dedit iacob ioseph filio suo . . erat a
tem ibi puteus iacob . . ihs̄ ergo fati
us ex itinere sedebat super puteum et req
scebat super eum hora erat circiter sex
a et uenit quaedam mulier ex samarit
aurire aquam dicit ei ihs̄ da mihi bibere
scipuli autem eius abierant in ciuitatem
bos emerent dicit erga ei mulier samarit
a tu cum sis iudaeus quomodo a me bib
e petis cum sum mulier samaritana non en
tuntur iudaei samaritanis respondit ihs̄
dicit si scires donum dī et quis est qui di
t tibi da mihi bibere tu magis petisses eum
dedisset tibi aquam uiuam dicit ei mulier
n̄ē neq . auritorium habes et puteus altus
unde hanc habes aquam uiuam num
id tu maior es patre nostro iacob qui
nobis hunc puteum et ipse ex eo bibi
s cum eo et pecora eius respo
nis . . . biber - - - -

hac sitiet iterum: (14) qui autem biberit ex aqua
quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, 14 sed
aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquae
salientis in vitam aeternam. 15 Dicit ad eum
mulier Domine, da mihi hanc aquam, ut non si-
tiam neque veniam huc aurire. 16 Dicit ei Iesus
Vade voca virum tuum et veni. 17 Respondit
mulier et dixit Non habeo virum. Dicit ei Iesus
Bene dixisti quia non habeo virum: 18 quinque
enim viros habuisti, et nunc quem habes non est
tuus vir: hoc vere dixisti. 19 Dicit ei mulier
Domine, video quia propheta es tu. 20 Patres
nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis
quia in Hierosolymis est locus ubi adorare opor-
tet. 21 Dicit ei Iesus Mulier, crede mihi quia
veniet hora quando neque in monte hoc neque in
Hierosolymis adorabitis patrem. 22 Vos adoratis
quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia
salus ex Iudaeis est: 23 sed venit hora et nunc
est, quando veri adoratores adorabunt patrem in

Codex D.—16 veni huc. 22 salvus.

Codex K.—15 sitiat. 16 veni huc. 17 respondit ei. quia non habes non. 18 vere bene dixisti.

am ego dabo ei non sitiet in sempit
d aqua quam dabo ei fiet in eo fons
lientis in uitam aeternam dicit ei
er dn̄e da mihi hanc aquam ut non sit
eque ueniam hic aurire dicit ei
ade uoca uirum tuum et ueni huc re
mulier et dicit ei uirum non habeo.
illi ihs̄ bene dixisti quia non habes uiru
nque enim uiros habuisti et nunc qu
habes non est tuus uir hoc uere dixisti d
illi mulier dn̄e animaduerto quod p
eta es patres nostri in hoc monte ador
uerunt et uos dicitis quia hierusol
est locus ubi oportet adorare . dicit e
ihs̄ mulier crede mihi quoniam ueniet
ra quando neque in isto monte neq
hierusolymis adorabitis patrem uo
tis quod nescitis nos adoram
scimus quoniam salus ex iuda
uenit hora et nunc est cum
d . rab . n - - - -

spiritu et veritate: nam et pater tales quaerit
qui adorent eum. 24 Spiritus est deus, et eos
qui adorant eum in spiritu et veritate oportet
adorare. 25 Dicit ei mulier Scio quia Messias
venit, qui dicitur Christus: cum ergo venerit
ille, nobis adnuntiabit omnia. 26 Dicit ei Iesus
Ego sum, qui loquor tecum.

27 Et continuo venerunt discipuli eius, et mi-
rabantur quia cum muliere loquebatur; nemo
tamen dixit Quid quaeris aut quid loqueris cum
ea? 28 Reliquit ergo hydriam suam mulier et
abiit in civitatem, et dicit illis hominibus 29 Ve-
nite et videte hominem qui dixit mihi omnia
quaecumque feci: numquid ipse est Christus?
30 Exierunt de civitate, et veniebant ad eum.

31 Interea rogabant eum discipuli dicentes
Rabbi, manduca. 32 Ille autem dixit eis Ego
cibum habeo manducare quem vos non scitis.
33 Dicebant ergo discipuli ad invicem Numquid
aliquis attulit ei manducare? 34 Dicit eis Iesus
Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui
misit me, ut perficiam opus eius. 35 Nonne vos

Codex D.—31 interrogabant (*pro* interea rogabant). 32 vos nescitis.

rent eu . . . . sp̄s est ds̄ et ad
tes eum in spū et ueritate adorare
et dicit ei mulier scio quoniam me
enit qui dicitur χp̄s cum uenerit ille
untiabit nobis omnia dicit ei ihs̄ ego
loquor tecum et in hoc sermone super
enerunt discipuli eius et mirabantur
um muliere loqueretur nemo tamen
t ei quid quaeris aut quid loqueris cum
eliquit igitur mulier hydriam suam et abi
ciuitatem et dicit hominibus uenite et
dete hominem qui dixit mihi omnia quae
umq . feci numquid ipse est χp̄s et exieru
e ciuitate et uenerunt ad eum post mo
um rogabant eum discipuli dicentes rabbi
anduca ad ille dixit eis ego escam habe
anducare quam uos nescitis dicun
em discipuli ad alterutorum numq
uis ei attulit manducare di
ea esca est ut faciam uolu
t consum

CODEX K.—23 quia *pro* qui. 27 dixit ei. 32 vos nescitis.

dicitis quod adhuc quattuor menses sunt et mes-
sis venit? Ecce dico vobis, levate oculos vestros
et videte regiones, quia albae sunt iam ad mes-
sem. 36 Et qui metit mercedem accipit et con-
gregat fructum in vitam aeternam, ut et qui
seminat simul gaudeat et qui metit. 37 In hoc
enim est verbum verum, quia alius est qui semi-
nat, et alius est qui metit. 38 Ego misi vos
metere quod vos non laborastis: alii laborave-
runt, et vos in laborem eorum introistis.

39 Ex civitate autem illa multi crediderunt in
eum Samaritanorum propter verbum mulieris
testimonium perhibentis quia dixit mihi omnia
quaecumque feci. 40 Cum venissent ergo ad
illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi mane-
ret. Et mansit ibi duos dies, 41 et multo plures
crediderunt propter sermonem eius, 42 et mulieri
dicebant quia iam non propter tuam loquellam
credimus: ipsi enim audivimus, et scimus quia
vere hic est salvator mundi.

10 43 Post duos autem dies exiit inde et abiit
in Galilaeam. 44 Ipse enim Iesus testimonium
perhibuit quia propheta in sua patria honorem

CODEX D.—42 hic est vere.

menses sunt et messis uenit ecc
obis leuate oculos uestros et aspicite r
ones quoniam albae sunt ad messem ia
qui metit mercedem accipiet et congr
fructum in uitam aeternam ut qui semin
simul gaudeat et qui metit in hoc enim u
um est quoniam alius est qui serit et alius q
tit ego misi uos metere quod uos non la
rastis alii laborauerunt et uos in labor
eorum introistis ex ciuitate autem illa m
ti crediderunt in eum samaritanorum p
ter uerbum mulieres testimonium perhib
tes quoniam dixit ei omnia quae fecit .
ergo uenerunt ad eum samaritani rogab
eum ut maneret apud eos et mansit ibi b
et multo plus crediderunt propter uerbum
et dicebant mulieri iam non propter tuu
stimonium credimus ipsi enim audiuim
et scimus quoniā ipse est saluator m
duum autem profectus est i
se autem ihs̄

Codex K.—36 accipiet.

non habet. 45 Cum ergo venisset in Galilaeam,
exceperunt illum Galilaei, cum omnia vidissent
quae fecerat Hierosolymis in die festo: et ipsi
enim venerant ad diem festum. 46 Venit ergo
iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam vi-
num.

Et erat quidam regulus, cuius filius infirma-
batur, Capharnaum: 47 hic cum audisset quia
Iesus adveniret a Iudaea in Galilaeam, abiit ad
eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret
filium eis: incipiebat enim mori. 48 Dixit ergo
Iesus ad eum Nisi signa et prodigia videritis,
non creditis. 49 Dicit ad eum regulus Domine,
descende prius quam moriatur filius meus.
50 Dicit ei Iesus Vade, filius tuus vivit. Cre-
didit homo sermoni quem dixit ei Iesus, et ibat.
51 Iam autem eo descendente servi occurrerunt
ei et nuntiaverunt dicentes quia filius eius vive-
ret. 52 Interrogabat ergo horam ab eis in qua
melius habuerit: et dixerunt ei quia heri hora
septima reliquit eum febris. 53 Cognovit ergo

Codex D.—45 exciperunt eum . . . venerunt in diem.

Codex K.—45 excoeperunt eum . . . venerunt. 47 rogabat ad eum*. 48 videretis. 52 habuerat.

enisset autem in galilaem excepe
m galilaei uisis omnibus quae fecit in
uṣolimis in die festo et ipsi enim aduen
nt.ad diem festum uenit ergo iterum
in chana galileae ubi fecit aquam ui
m erat autem quidam regulus cuius fi
us infirmabatur in cafarnauum hic q
udisset quod ihs̄ uenit a iudea in gal
enit ad eum et rogabat eum ut descend
et et sanaret filium eius incipiẹbat enim
ori dixit autem ihs̄ ad eum nisi signa
rodigia uideritis non creditis dicit ad
m regulus dn̄e descende prius quam
oriatur puer ait illi ihs̄ uade filius tuus
it et credidit homo uerbo quod dixit ei
s et abiit iam autem descendente eo se
occurrerunt ei adnuntiantes qui
us ipsius uiueret interrogauit a
hora commodius habuisset
quod hesterna die hora se
um febris cogno

pater quod illa hora erat in qua dixit ei Iesus
Filius tuus vivit, et credidit ipse et domus eius
tota. 54 Hoc iterum secundum signum fecit
Iesus cum venisset a Iudaea in Galilaeam.

V. **11** 1 Post haec erat dies festus Iudaeorum,
et ascendit Iesus Hierosolymis. 2 Est autem
Hierosolymis super probatica piscina quae cog-
nominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus
habens: 3 in his iacebat multitudo magna lan-
guentium, caecorum, claudorum, aridorum, ex-
pectantium aquae motum. 4 Angelus autem
domini secundum tempus descendebat in pisci-
nam et movebat aquam: qui ergo primus de-
scendisset post motum aquae, sanus fiebat a
quocumque languore tenebatur. 5 Erat autem
quidam homo ibi triginta octo annos habens in
infirmitate sua: 6 hunc cum vidisset Iesus ia-
centem et cognovisset quia multum iam tempus
habet, dicit ei Vis sanus fieri? Respondit ei
languidus Domine, hominem non habeo ut cum
turbata fuerit aqua mittat me in piscinam: dum

Codex D.—V. 2 porticos. 4 *om. versiculum totum.* 5 tringenta et octo.

Codex K.—V. 3 *Post* expectantium *add.* paraliticorum *transpositione tamen indicata.* 4 movebatur aqua; quicumque

od filius tuus uiuit et credidit ipse et
us uniuersa . hoc iterum secundum sign
ecit ihs̄ cum uenisset de iudea in galileam.
post haec erat dies festus iudaeorum
ascendit ihs̄ in hierusolymam est autem hie
solymis in piscina natatoria quae dicitur
breice belzetha quinque porticos habe
is iacebat multitudo languentium caec
um clodorum paralyticorum exspec
tantium aquae motum angelus autem
dnm̄ secundum tempus lauabatur in n
tatoria et mouebatur aqua et qui prio
descendisset et in natatoriam post motum
aquae sanus fiebat in languore quocu
tenebatur erat autem ibi quidam ho
xxx et viii annos habens infirmitate su
nc cum uidisset ihs̄ iacentem et cogn
uoniam copiosum iam tempus ha
li uis sanus fieri respondit ill
dnē hominem non habeo
q . a mittat me in

---

ergo prior discendisset in piscina post motionem aquae . . . . a languore quacumque detenebatur. 5 ibi quidam homo . . . xxx et viii. 6 hunc autem . . . iam multum.

venio enim ego, alius ante me descendit. 8 Di-
cit ei Iesus Surge tolle grabattum tuum et am-
bula. 9 Et statim sanus factus est homo, et
sustulit grabattum suum et ambulabat: erat
autem sabbatum in illo die. 10 Dicebant Iudaei
illi qui sanatus fuerat Sabbatum est, non licet
tibi tollere grabattum tuum. 11 Respondit eis
Qui me fecit sanum, ille mihi dixit Tolle gra-
battum tuum et ambula. 12 Interrogaverunt
ergo eum Quis est ille homo qui dixit tibi
Tolle grabattum tuum et ambula? 13 Is au-
tem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis
esset: Iesus enim declinavit a turba consti-
tuta in loco. 14 Postea invenit eum Iesus in
templo et dixit illi Ecce sanus factus es: iam
noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.
15 Abiit ille homo et nuntiavit Iudaeis quia
Iesus esset qui fecit eum sanum. 16 Propterea
persequebantur Iudaei Iesum, qui haec faciebat
in sabbato.

17 Iesus autem respondit eis Pater meus us-
que modo operatur, et ego operor. 18 Propterea

Codex D.—13 declinavit turbam constitutam in locum
16 sabbatum.

ait illi ihs̄ surge et tolle grabattu
ambula . et statim sanus factus est hom
ustulit grabattum suum et ambulauit . e
autem sabbatum in illa die dicebant er
udaei sabbatum est non licet tibi tollere g
attum tuum respondit et ait eis qui m
ecit sanum ipse mihi dixit tollere grabat
tuum et ambula interrogauerunt eum
est homo qui dixit tibi tolle grabattum t
et ambulu ille autem qui languorem eua
rat nesciebat quis esset ihs̄ autem statim
deuertit cum esset turba in eo loco post
aec inuenit eum ihs̄ in templo et dixit illi
ecce sanus factus es iam noli peccare
ne quid tibi deterius contingat et abiit h
mo et indicauit iudaeis quoniam ihs̄ est
ecit eum sanum et propter hoc persequ
antur iudaei ihm̄ et quaerebant eu
ere quia haec faciebant sabbato
espondit eis dicens pater

Codex K.—11 et respondit. 13 declinavit turbam constitutam. 17 respondens ait. 18 *om.* propterea.

ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere,
quia non solum solvebat sabbatum, sed et
patrem suum dicebat deum, aequalem se fa-
ciens deo. Respondit itaque Iesus et dixit eis
19 Amen amen dico vobis, non potest filius a
se facere quicquam nisi quod viderit patrem fa-
cientem: quaecumque enim ille fecerit, haec et
filius similiter facit. 20 Pater enim diligit filium
et omnia demonstrat ei quae ipse facit: et ma-
iora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini.
21 Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat,
sic et filius quos vult vivificat. 22 Neque enim
pater iudicat quemquam, sed iudicium omne
dedit filio, 23 ut omnes honorificent filium sicut
honorificant patrem: qui non honorificat filium,
non honorificat patrem qui misit illum. 24 Amen
amen dico vobis quia qui verbum meum audit et
credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, et
in iudicium non veniet sed transiet a morte in
vitam. 25 Amen amen dico vobis quia venit
hora et nunc est, quando mortui audient vocem

Codex D.—20 miraremini. 24 venit . . . transit.

Codex K.—19 similiter faciet. 20 demonstravit ei quaecumque. 24 transit . . . ad vitam.

niam non solum soluebat sabbatum
od patrem suum dicebat dm̄ aequalem
faciens dō . respondit autem ihs̄ et dixit
men dico uobis non potest filius ab se face
e quicquam nisi quod uiderit patrem f
entem quaecumq . enim ille facit eade
filius facit similiter pater enim diligit
m et omnia demonstrat ei quae ipse f
t et maiora horum opera demonstrabit
ut uos admiremini sicut enim pater su
citat mortuos et uiuificat sic et filius quos
uult uiuificat nec enim pater iudicat qu
quam sed iudicium omne filio dedit ut o
nes honorificent filium sic ut honorifican
patrem qui non honorificat filium non hon
ficat patrem qui misit illum . amen am
co uobis quid uerbum meum audit et cr
ei qui me misit habet uitam aeternam
icium non ueniet sed transiet de
m amen amen dico uobis

[18] (‘d’ *sic deletum*).

filii dei, et qui audierint vivent.
26 Sicut enim
pater habet vitam in semet ipso, sic dedit et filio
vitam habere in semet ipso,
27 et potestatem
dedit ei et iudicium facere, quia filius hominis
est.
28 Nolite mirari hoc, quia venit hora in
qua omnes qui in monumentis sunt audient vo-
cem eius,
29 et procedent qui bona fecerunt in
resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in
resurrectionem iudicii.
30 Non possum ego a
me ipso facere quicquam: sicut audio iudico; et
iudicium meum iustum est, quia non quaero vo-
luntatem meam sed voluntatem eius qui me misit;
31 Si ego testimonium perhibeo de me, testimo-
nium meum non est verum:
32 alius est qui
testimonium perhibet de me, et scio quia verum
est testimonium quod perhibet de me.
33 Vos
misistis ad Iohannem, et testimonium perhibuit
veritati:
34 ego autem non ab homine testimo-
nium accipio, sed haec dico ut vos salvi sitis.
35 Ille erat lucerna ardens et lucens, vos autem

Codex K.—27 qui *pro* quia. 32 *ante* qui *add.* verum*.

enim pater habet uitam in se sic
edit habere uitam in semet ipso et potest
dedit ei ad iudicium faciendum quoniam
ilius hominis est nolite mirari ista quo
ueniet hora in qua omnes qui sunt in monu
mentis audient uocem eius et prodient q
bona gesserunt in resurrectionem uitae
qui autem mala gesserunt in resurrectio
udicii non possum ego a me facere quic
enim
quam sicut audio ita et iudico et iudicium
meum iustum est quoniam non quaero uo
untatem meam sed uoluntatem eius qui
e misit patris . si ego testimonium perhibeo
de me testimonium meum non est uerum
lius est qui testificatur de me et scio quon
uerum est testimonium quod testificatus e
e me uos misistis ad iohannem et testim
omine testimonium accipio sed
dico ut salui sitis ille erat lu
ce . s vos . . . . .

voluistis exultare ad horam in luce eius. 36 Ego
autem habeo testimonium maius Iohanne: opera
enim quae dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa
opera quae ego facio testimonium perhibent de
me quia pater me misit. 37 Et qui misit me
pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque
vocem eius umquam audistis, neque speciem eius
vidistis, 38 et verbum eius non habetis in vobis
manens: quia quem misit ille, huic vos non cre-
ditis. 39 Scrutamini scripturas, quia vos putatis
in ipsis vitam aeternam habere, et illae sunt quae
testimonium perhibent de me: 40 et non vultis
venire ad me ut vitam habeatis. 41 Claritatem
ab hominibus non accipio, 42 sed cognovi vos
quia dilectionem dei non habetis in vobis.
43 Ego veni in nomine patris mei, et non ac-
cipitis me; si alius venerit in nomine suo, illum
accipietis. 44 Quomodo potestis vos credere,
qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam quae
a solo est deo non quaeritis? 45 Nolite putare
quia ego accusaturus sim vos apud patrem: est

Codex D.—43 accepistis.
Codex K.—43 accipistis me.

monium maius iohanne opera en ae dedit mihi pater ut perficiam ea ips pera quae facio testimonium perhibent de me quoniam pater me misit et qui misit me ater ipse testificatus est de me neque uoce ius umquam audistis neq . figuram [eius] uidisti et uerbum eius non habetis in uobis manens uoniam quem misit ille huic uos non credit crutamini scripturas quoniam putatis uo n eis uitam aeternam habere ipsae sunt q testimonium perhibent de me et non uultis uenire ad me ut uitam habeatis honorem ab hominibus non accipio sed ego noui u quoniam dilectionem dī non habetis in uob psis ego ueni in nomine patris mei et non accepistis me si alius uenerit in nomine suo illum recipietis quomodo potestis uos edere qui honorem ab inuicem acci et honorem [eius] qui est solus ds̄ non q nolite putare quoniam ego ss . tu . . . . os

qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.
46 Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan
et mihi: de me enim ille scripsit. 47 Si autem
illius litteris non creditis, quomodo meis verbis
creditis?

VI. 1 Post haec abiit Iesus trans mare Gali-
laeae quod est Tiberiadis: 2 et sequebatur eum
multitudo magna, quia videbat signa quae facie-
bat super his qui infirmabantur. 3 Subit ergo
in monte Iesus, et ibi sedebat cum discipulis
suis. 4 Erat autem proximum pascha, dies
festus Iudaeorum. **12** 5 Cum sublevasset ergo
oculos Iesus et vidisset quia multitudo maxima
venit ad eum, dicit ad Philippum Unde ememus
panes ut manducent hi? 6 Hoc autem dicebat
temptans eum: ipse enim sciebat quid esset fac-
turus. 7 Respondit ei Philippus Ducentorum
denariorum panes non sufficiunt eis, ut unus-
quisque modicum quid accipiat. 8 Dicit ei unus
ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri,
9 Est puer unus hic qui habet quinque panes
hordeacios et duos pisces: sed haec quid sunt

Codex D.—VI. 2 videbant . . . faciebant*. 3 subiit . . . montem. 5 emimus.

moysi crederetis forsitan et mi
enim ille scribit. nam si illius litter
reditis quomodo uerbis meis credetis
post haec abiit ihs̄ trans mare galil
n partes tiberiadis sequebatur autem
um turba magna quoniam uidebant sig
quae faciebat super infirmos ascen
ergo ihs̄ in montem et ibi sedebat cum dis
pulis suis erat autem in proximo pasch
dies festus iudaeorum eleuatis igitur
oculis ihs̄ cum uidisset quod turba mag
ueniret ad se ait ad phylippum unde
memus panes ut manducent isti hoc
autem dicebat temptans eum ipse eni
ciebat quid esset facturus respondit e
lippus ducentorum denariorum non
ciunt eis panes ut unusquisque mod
um manducet ait illis unus ex discip
s andreas frater simonis petri e
qui habet quinque panes h
sed haec

Codex K.—47 verbis meis. VI. 2 videbant . . . . facie-bant. 3 subiit . . . montem. 5 Iesu. 6 quod esset.

inter tantos? 10 Dixit ergo Iesus Facite homi-
nes discumbere. Erat autem faenum multum in
loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quin-
que milia. 11 Accepit ergo panes Iesus, et cum
gratias egisset distribuit discumbentibus, simi-
liter ex piscibus quantum volebant. 12 Ut autem
saturati sunt, dixit discipulis suis Colligite quae
superaverunt fragmentorum, ne pereant. 13 Col-
legerunt ergo et impleverunt duodecim cophinos
fragmentorum ex quinque panibus hordeaciis,
quae superfuerunt his qui manducaverunt.

14 Illi ergo homines cum vidissent quod fece-
rat signum, dicebant quia hic est vere propheta
qui venturus est in mundum. 15 Iesus ergo
cum cognovisset quia venturi essent ut raperent
eum et facerent eum regem, fugit iterum in mon-
tem ipse solus.

16 Ut autem sero factum est, descenderunt
discipuli eius ad mare, 17 et cum ascendissent
navem, venerunt trans mare Capharnaum. Et

Codex D.—11 similiter et ex. 12 impleti sunt . . . fragmenta. 14 in hunc mundum.

Codex K.—10 multum faenum. 11 accipit . . . . similiter et ex. 12 inpleti sunt . . . fragmenta. 13 iix cophinos . . . superaverunt*. 14 in hunc mundum.

mbere erat autem faenum p
m in eo loco discubuerunt igitur u
umero circiter v̄ milia accepit aut
anes ihs̄ et gratias egit et dedit discumb
tibentibus similiter et de piscibus qua
tum uolebant ad ubi saturati sunt dixit
iscipulis suis colligite quae superaueru
agmenta ne quid ex illis pereat collig
unt autem et impleuerunt XII cofinos fra
entorum de quinque panibus hordiace
quae superauerunt eis qui manducaueru
illi ergo homines cum uidissent signum qu
fecit dicebant hic est uere profeta qu
hunc mundum uenit ihs̄ ergo sciens cog
tationes eorum quoniam cupiunt tur
enire et rapere eum ut facerent eum
egem secessit iterum in montem ipse
us cum autem uespere factum esset
cenderunt discipuli eius ad mare
tes in nauiculam uenieba

---

6 (*sic punct.*)

tenebrae iam factae erant, et non venerat ad eos
Iesus, 18 mare autem vento magno flante exsur-
gebat. 19 Cum remigassent ergo quasi stadia
viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambu-
lantem super mare et proximum navi fieri, et
timuerunt. 20 Ille autem dicit eis Ego sum,
nolite timere. 21 Voluerunt ergo accipere eum
in navem, et statim fuit navis ad terram quam
ibant.

22 Altera die turba quae stabat trans mare
vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, et
quia non introisset cum discipulis suis Iesus in
navem sed soli discipuli eius abissent, 23 aliae
vero supervenerunt naves a Tiberiade iuxta lo-
cum ubi manducaverant panem gratias [agente]
domino: 24 cum ergo vidisset turba quia Iesus
non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt
naviculas et venerunt Capharnaum quaerentes
Iesum. 25 Et cum invenissent eum trans mare,
dixerunt ei Rabbi, quando huc venisti? 26 Re-
spondit eis Iesus et dixit Amen amen dico vobis,

23 (*agentes*).

Codex D.—19 vingenti. 21 in navi. 23 (agentes = *Am.*) 25 quia* *ut vid. pro* quando.

mare autem flante uento magno
bat et cum remigassent stadia quas
et xxx uident ihm̄ ambulantem super
e et iuxta nauem fieri et timuerunt ille
autem dicit eis nolite timere ego sum . uol
bant igitur eum recipere in nauiculam
et statim nauis accessit ad terram in qu
bant altera autem die turba quae st
trans mare uidit quoniam nauigium
terum non erat nisi illud unum et quon
non simul ascendit cum discipulis suis in
nauicula sed soli discipuli eius fuerant et
um superuenissent aliae naues a tiberia
quae in proximo erant ubi manducaue
ant panem quem benedixit dn̄s uiden
es ergo turbae quod ihs̄ non est ibi nec
iscipuli eius acceperunt sibi navicul
uenerunt cafarnaum quaerentes
um uenissent ad eum trans mare d
illi rabbi quando huc uenis
eis ihs̄ et dixit

Codex K.—19 vingenti. 20 dixit. 21 revoluerunt . . . in navi . . . ad quam ibant. 23 manducaverunt . . . (agentes = *Am.*) 25 venisti huc.

quaeritis me non quia vidistis signa, sed quia
manducastis ex panibus et saturati estis. 27 Ope-
ramini non cibum qui perit, sed qui permanet in
vitam aeternam, quem filius hominis vobis dabit:
hunc enim pater signavit deus. 28 Dixerunt
ergo ad eum Quid faciemus ut operemur opera
dei? 29 Respondit Iesus et dixit eis Hoc est
opus dei ut credatis in eum quem misit ille.
30 Dixerunt ergo ei Quod ergo tu facis signum
ut videamus et credamus tibi? quid operaris?
31 Patres nostri mannam manducaverunt in de-
serto, sicut scriptum est Panem de caelo dedit
eis manducare. 32 Dixit ergo eis Iesus Amen
amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem
de caelo, sed pater meus dat vobis panem de
caelo verum. 33 Panis enim dei est qui de-
scendit de caelo et dat vitam mundo. 34 Dixe-
runt ergo ad eum Domine, semper da nobis
panem hunc. 35 Dixit autem eis Iesus Ego
sum panis vitae: qui veniet ad me non esuriet,
et qui credit in me non sitiet umquam. 36 Sed
dixi vobis quia et vidistis me et non creditis.

Codex D.—32 verum tamen*.

digia sed quoniam manducastis de
et saturati estis operamini escam non
uae perit sed quae permanet in uitam aet
am quem filius hominis dabit uobis . hu
nim pater signauit dixerunt igitur ad eum
uid faciemus ut operemur opera dī res
ndit ihs̄ et dixit illis hoc est opera dī ut cred
tis illi quem misit ille dixerunt autem ei qu
go facis tu signum ut uideamus et credam
bi quid operaris patres nostri manduc
uerunt mannam in eremo sicut scribtum e
panem de caelo dedit eis manducare dix
autem ihs̄ amen amen dico uobis no
moyses dedit uobis panem de caelo sed pat
meus dat uobis panem de caelo uerum . pa
enim dī est qui descendit de caelo et uitam
at huic mundo dixerunt igitur ad eum
mper da nobis hunc panem dicit eis i
sum panis uitae qui uenit ad me n
et qui credit in me non sitiet
niam . . . uidistis

Codex K.—30 ad eum *pro* ei. 31 panem caeli. 34 nobis da*. 35 venit. 36 credidistis.

37 Omne quod dat mihi pater ad me veniet, et
eum qui venit ad me non eiciam foras, 38 quia
descendi de caelo non ut faciam voluntatem
meam sed voluntatem eius qui misit me.
39 Haec est autem voluntas eius qui misit me
patris, ut omne quod dedit mihi non perdam ex
eo, sed resuscitem illum novissimo die. 40 Haec
est enim voluntas patris mei qui misit me, ut
omnis qui videt filium et credit in eum habeat
vitam aeternam, et resuscitabo ego eum in novissimo die.

41 Murmurabant ergo Iudaei de illo, quia dixisset Ego sum panis qui de caelo descendi, 42 et
dicebant Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius
nos novimus patrem et matrem? quomodo ergo
dicit hic quia de caelo descendi? 43 Respondit
ergo Iesus et dixit eis Nolite murmurare in invicem. 44 Nemo potest venire ad me nisi pater
qui misit me traxerit eum, et ego resuscitabo
eum novissimo die. 45 Est scriptum in prophetis Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui
audivit a patre et didicit venit ad me. 46 Non

CODEX D.—42 *om.* Iesus . . . qui de caelo*. 43 *om.* in.*
CODEX K.—37 ad me venit. 38 me misit. 39 in novis-

ad me non apello
ia di^{s}cendi de caelo non ut faciam u
ntatem meam sed uoluntatem eius qui
isit patris haec est autem uoluntas ei
ui me misit patris ut omne quod dedit m
non perdam ex eo quicquam sed resuscitem
n nouissimo die haec est enim uoluntas
tris mei qui misit me ut omnis qui uidet fi
et credit in eum habeat uitam aeternam
esuscitem ego illum in nouissimo die . m
murabant igitur iudaei de eo quod dixisset
go sum panis qui de caelo di^{s}cendi . et dice
ant nonne hic est ihs̄ filius ioseph cuius n
cimus patrem et matrem quomodo ergo h
icit quoniam de caelo descendi respon
t ihs̄ et dixit eis nolite murmurare inuic
emo potest uenire ad me nisi pater qui
me trahat eum et ego resuscitabo eu
ouissimo die scribtum est enim i
erunt omnes docibiles dī
e . . . et disc . . ue

[3] [13] ('s' *sic*).

---

simo. 40 vidit. 42 qui di caelo (*sic*). 43 *om.* in. 44 in novissimo. 45 scriptum est.

quia patrem vidit quisquam nisi is qui est a deo,
hic vidit patrem. 47 Amen amen dico vobis, qui
credit in me habet vitam aeternam. 48 Ego sum
panis vitae. 49 Patres vestri manducaverunt in
deserto manna et mortui sunt. 50 hic est panis
de caelo descendens, ut si quis ex ipso manduca-
verit non moriatur. 51 Ego sum panis vivus qui
de caelo descendi: 52 si quis manducaverit ex
hoc pane, vivet in aeternum: et panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita.

53 Litigabant ergo Iudaei ad invicem dicentes
Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad
manducandum? 54 Dixit ergo eis Iesus Amen
amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii
hominis et biberitis eius sanguinem, non habe-
bitis vitam in vobis. 55 Qui manducat meam
carmen et bibit meum sanguinem, habet vitam
aeternam, et ego resuscitabo eum in novissimo
die. 56 Caro enim mea vere est cibus, et san-
guis meus vere est potus. 57 Qui manducat
meam carnem et bibit meum sanguinem, in me

55 (*bibet*).

Codex D.—49 mannam. 53 nobis carnem suam.

Codex K.—49 mannam in deserto. 50 discens *pro* de-

t a dō hic uidit dm̅ amen am
co uobis qui credit in me habet uitam
m panis uitae patres uestri manduca
unt panem in eremo quod est manna et
mortui sunt hic est autem panis qui de cael
descendit ut siquis ex eo manducauerit non
moriatur ego sum panis uiuus quid de caelo
descendi si quis manducauerit ex meo pane
uet in aeternum . panis quem ego dedero
aro mea est pro huius mundi uita . litiga
bant igitur inter se iudaei dicentes quom
do potest hic uobis dare carnem suam man
ducare dixit autem eis ihs̅ amen dico uob
nisi ederitis carnem fili hominis et biberiti
sanguinem eius non habebitis uitam in uob
ipsis qui edet carnem meam et bibet sangu
em meum habet uitam aeternam et ego r
scitabo eum in nouissimo die caro
e est esca et sanguis meus uere est p
carnem meam et bibet sangui
n . . et ego

---

scendens. 53 nobis carnem suam. 54 habetis . . . . in nobis*.

manet et ego in illo. 58 Sicut misit me vivens
pater et ego vivo propter patrem, et qui mandu-
cat me et ipse vivet propter me. 59 Hic est
panis qui de caelo descendit, non sicut mandu-
caverunt patres vestri manna et mortui sunt:
qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.
60 Haec dixit in synagoga docens in Caphar-
naum.

61 Multi ergo audientes ex discipulis eius
dixerunt Durus est hic sermo: qui potest eum
audire? 62 Sciens autem Iesus apud semet
ipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius,
dixit eis Hoc vos scandalizat? 63 Si ergo vide-
ritis filium hominis ascendentem ubi erat prius?
64 Spiritus est qui vivificat, caro non prodest
quicquam: verba quae ego locutus sum vobis
spiritus et vita sunt. 65 Sed sunt quidam ex
vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio
Iesus qui essent credentes, et quis traditurus
esset eum. **13** 66 Et dicebat Propterea dixi vo-
bis quia nemo potest venire ad me nisi fuerit ei
datum a patre meo.

Codex D.—59 mannam.
Codex K.—58 *om.* propter me. 59 mannam. 63 videretis.

ui manducauerit carnem meam
et per me hic est panis qui de caelo d
endit non sicut manducauerunt pat
estri mannam et mortui sunt qui man
it hunc panem uiuet in aeternum . . . . .
, , , haec dixit in synagoga docens sabb
o in cafarnaum multi ergo audientes ex
scipulis eius dixerunt durus est hic serm
quis potest illum audire cognouit ergo ihs̄
esse quod murmurarent de hoc discipu
eius dixit eis hoc uos scandalizat quid
ideritis filium hominis ascendentem ubi
uit primum sps̄ est qui uiuificat nam car
nihil prodest uerba quae ego locutus sum
obis sps̄ et uita est sed ex uobis sunt qui
am qui non credunt sciebat enim ihs̄
b initio quis esset non crediturus et qu
set traditurus eum et dicebat propte
dixi uobis . quoniam nemo potest ue
e nisi datum fuerit illi a patre

67 Ex hoc multi discipulorum eius abierunt
retro, et iam non cum illo ambulabant. 68 Dixit
ergo Iesus ad duodecim Numquid et vos vultis
abire? 69 Respondit ergo ei Simon Petrus Do-
mine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae
habes: 70 et nos credidimus et cognovimus quia
tu es Christus filius dei. 71 Respondit eis Iesus
Nonne ego vos duodecim elegi? et ex vobis
unus diabolus est. 72 Dicebat autem Iudam
Simonis Scariotis: hic enim erat traditurus eum,
cum esset unus ex duodecim.

VII. 1 Post haec ambulabat Iesus in Gali-
laeam: non enim volebat in Iudaeam ambulare,
quia quaerebant eum Iudaei interficere. 2 Erat
autem in proximo dies festus Iudaeorum sceno-
pegia. [14] 3 Dixerunt autem ad eum fratres eius
Transi hinc et vade in Iudaeam, ut et discipuli
tui videant opera tua quae facis: 4 nemo enim
in occulto aliquid facit et quaerit ipse in palam
esse: si haec facis, manifesta te ipsum mundo.
5 Neque enim fratres eius credebant in eum.
6 Dicit ergo eis Iesus Tempus meum nondum
venit, tempus autem vestrum semper est para-
tum. 7 Non potest mundus odisse vos, me

o ih . . ad discipulos suos XII numqu
tis ire respondit simon petrus et dixit
e ad quem ibimus uerba uitae aeterna
abes et nos credimus et cognouimus quon
u es χp̄s filius dī uiui . respondit ihs̄ nonne
ego uos XII elegi et unus ex uobis diabolus est
dicebat autem de iuda simone scarioth . hic
enim traditurus eum erat cum esset unus ex
I. post haec ambulabat ihs̄ in galilea
non enim habebat potestatem in iudea am
andi quoniam quaerebant iudaei inter
ficere eum erat autem in proximo die fes
iudaeorum scenopiagi dixerunt igitur a
eum fratres eius transi hinc et uade in iude
ut et discipuli tui uideant opera quae facis .
noenum aliquid in occulto faciens qua
t se in palam esse si haec facis manifesta t
uic mundo nec enim fratres eius cred
ant tunc in eum dixit autem eis ihs̄
m nondum uenit tempus

[10] (*ante* I *partim exstant* XI).

CODEX D.—71 zabulus. 72 (scariotis = *Am.*) VII. 3 *om.* tua. 4 nemo quippe. 6 advenit.

CODEX K.—71 zabulus. 72 de Iuda . . . Scariothis . . . esset et unus. VII. 4 nemo quippe. 6 advenit . . . adest paratum.

autem odit, quia ego testimonium perhibeo de
illo quia opera eius mala sunt. 8 Vos ascendite
ad diem festum hunc: ego non ascendo ad diem
festum istum, quia meum tempus nondum imple-
tum est. 9 Haec cum dixisset, ipse mansit in
Galilaea. 10 Ut autem ascenderunt fratres eius,
tunc et ipse ascendit ad diem festum, non mani-
feste sed quasi in occulto. 11 Iudaei ergo quae-
rebant eum in die festo et dicebant Ubi est ille?
12 Et murmur multus de eo erat in turba. Qui-
dam enim dicebant quia bonus est; alii autem
dicebant Non, sed seducit turbas: 13 nemo ta-
men palam loquebatur de illo propter metum
Iudaeorum.

14 Iam autem die festo mediante ascendit
Iesus in templum et docebat. 15 Et miraban-
tur Iudaei dicentes Quomodo hic litteras scit
cum non didicerit? 16 Respondit eis Iesus et
dixit Mea doctrina non est mea, sed eius qui
misit me. 17 Si quis voluerit voluntatem eius
facere, cognoscet de doctrina utrum ex deo sit,
an ego a me ipso loquar. 18 Qui a semet ipso
loquitur, gloriam propriam quaerit: qui autem

CODEX D.—12 erant de eo. 17 cognoscit.

uos
testifico de eo quia opera eius pes
os autem ascendite in diem festum . ego n
scendo in diem festum istum quoniam tem
eum nondum completum est . haec cum dix
et ipsis mansit in galileam cum ascenderun
ratres eius tunc ipse ascendit in diem fes
tum non palam sed occulte . iudaei autem
quaerebant eum in diem festum dicentes ub
est ille et murmur erat magnum in turbo d
o quidam enim dicebant quoniam bonu
st alii dicebant non sed seducit turbam
nemo tamen palam loquebatur de illo prop
er metum iudaeorum iam autem cum dies
estus medius esset ascendit ihs̄ in templo
docebat mirabantur autem iudaei dicen
es quomodo hic litteras nouit cum non
dicerit respondit ihs̄ et dixit eis mea do
na non est mea sed eius qui me misit si
aerit uoluntatem eius facere cognos
ctrina utrumne ex dō sit an e
et ipso loquitur gl

Codex K.—8 *om. ab* hunc *usq.* festum *sec.* 9 Galilaeam. 12 erat de eo. 17 cognoscit . . . loquor.

quaerit gloriam eius qui misit illum, hic verax
est, et iniustitia in illo non est. 19 Nonne
Moyses dedit vobis legem? et nemo ex vobis
facit legem. 20 Quid me quaeritis interficere?
Respondit turba et dixit Daemonium habes:
quis te quaerit interficere? 21 Respondit Iesus
et dixit eis Unum opus feci, et omnes miramini.
22 Propterea Moyses dedit vobis circumcisio-
nem, non quia ex Moyse est sed ex patribus,
et in sabbato circumciditis hominem. 23 Si
circumcisionem accipit homo in sabbato ut
non solvatur lex Moysi, mihi indignamini quia
totum hominem sanum feci in sabbato? 24 No-
lite iudicare secundum faciem, sed iustum iudi-
cium iudicate.

25 Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis
Nonne hic est quem quaerunt interficere? 26 et
ecce palam loquitur et nihil ei dicunt: numquid
vere cognoverunt principes quia hic est Christus?
27 Sed hunc scimus unde sit; Christus autem
cum venerit, nemo scit unde sit. 28 Clamabat
ergo docens in templo Iesus et dicens Et me
scitis et unde sim scitis: et a me ipso non veni,

CODEX D.—20 quod. 21 ei. 23 accepit. 26 *om.* et *prim.*

gl
uerax est et iniquitas in eo non
nne moyses dedit uobis legem et nullus
obis facit legem quid me quaeritis occide
espondit turba et dixit daemonium habe
et quis te quaerit occidere respondit ihs̄
dixit eis unum opus feci et omnes miram
ni propter hoc dedit uobis moyses circum
onem non quod ex moysi sit sed ex patr
us . et sabbato circumciditis hominem s
cumcisionem accipit homo in sabbato ut n
luatur lex moysi mihi irascimini quonia
totum hominem saluum feci sabbato . nol
iudicare secundum personam sed iustam
iudicium iudicate dicebant ergo quida
ex hierosolymitanis nonne hic est quem
rebant occidere et ecce palam loquitur
et nihil illi dicunt numquid uere cogno
nt principes quoniam ipse est χp̄s sed h
mus unde sit χp̄s autem cum uenerit
de sit clamabat ergo docens in
eque me scitis n

Codex K.—23 sicut autem *pro* si. 23 Moysi si . . . . salvum feci. 26 *om.* vere. 28 vos non scitis.

sed est verus qui misit me, quem vos nescitis:
29 ego scio eum, quia ab ipso sum et ipse me
misit. 30 Quaerebant ergo eum apprehendere,
et nemo misit in illum manus, quia nondum
venerat hora eius.

31 De turba autem multi crediderunt in eum,
et dicebant Christus cum venerit, numquid plura
signa faciet quam quae hic facit? 32 Audierunt
Pharisaei turbam murmurantem de illo haec, et
miserunt principes et Pharisaei ministros ut ap-
prehenderent eum. 33 Dixit ergo Iesus Adhuc
modicum tempus vobiscum sum, et vado ad eum
qui misit me. 34 Quaeritis me et non invenietis,
et ubi sum ego vos non potestis venire. 35 Dix-
erunt ergo Iudaei ad se ipsos Quo hic iturus est,
quia non inveniemus eum? numquid in disper-
sionem gentium iturus est et docturus gentes?
36 Quis est hic sermo quem dixit Quaeritis me
et non invenietis, et ubi sum ego vos non potes-
tis venire?

15 37 In novissimo autem die magno festivi-
tatis stabat Iesus et clamabat dicens Qui sitit,
veniat ad me et bibat. 38 Qui credit in me,

Codex D.—37 si quis sitit.

t me quem uos nescitis ego autem no
oniam ab eo sum et ipse me misit . quae
nt igitur eum adpraebendere et nemo
um manum iniecit quoniam nondum uen
at hora eius ex turba autem multi credid
unt in eum et dicebant χp̄s cum uenerit
umquid plura signa faciet quam quae ista facit .
udierunt farisaei populum mussitantem d
miserunt ministros farisaei et principes sac
tum ut adpraehenderent eum dixit aute
s adhuc pusillum tempus uobiscum sum et ua
o ad eum qui me misit quaeritis me et non in
nietis et ubi ego sum uos non potestis uenire
ixerunt igitur iudaei ad alteratrum ubi hic
rus est quia non inueniemus eum numq
dispersionem graecorum incipiet ire et doce
eos quis est hic sermo quem dixit quaeritis me
on inuenietis et ubi ego sū uos non potestis ueni
nouissimo autem die festo magno ipso
itatis stabat ihs̄ et clamabat d
et bibat

Codex K.—29 ego autem scio eum et si dixero quia nescio eum ero similis vobis mendax et scio eum quia. 35 invenimus. 37 si quis sitit.

sicut dixit scriptura, flumina de ventre eius
fluent aquae vivae. 39 Hoc autem dixit de
spiritu quem accepturi erant credentes in eum:
non enim erat spiritus datus quia Iesus nondum
fuerat glorificatus. 40 Ex illa ergo turba cum
audissent hos sermones eius, dicebant Hic est
vere propheta; 41 alii dicebant Hic est Chris-
tus; quidam autem dicebant Numquid a Galilaea
Christus venit? 42 Nonne scriptura dicit quia
ex semine David et de Bethleem castello, ubi
erat David, venit Christus? 43 Dissensio ita-
que facta est in turba propter eum. 44 Quidam
autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed
nemo misit super illum manus.

45 Venerunt ergo ministri ad pontifices et
Pharisaeos, et dixerunt eis illi Quare non ad-
duxistis eum? 46 Responderunt ministri Num-
quam sic locutus est homo sicut hic homo.
47 Responderunt ergo eis Pharisaei Numquid
et vos seducti estis? 48 Numquid aliquis ex
principibus credidit in eum aut ex Pharisaeis?
49 Sed turba haec quae non novit legem ma-

CODEX D.—42 *om.* et. 45 venerunt igitur.

e spū quem incipiebant accipere quic
uri erant in eum nondum enim erat sp
datus quoniam ihs̄ nondum honorificatu
erat de populo autem audientes haec ue
dicebant hic est uere profeta alii diceba
hic est χp̄s alii dicebant numquid ergo ex
lea χp̄s uenit nonne scribtura dicit quo
ex semine dauid a bethlem municipio ubi
dauid χp̄s uenit dissensio ergo facta est in
turba propter eum quidam autem ex ei
uolebant adpraehendere eum sed nem
in eum iniecit manus uenerunt aut
ministri ad principes sacerdotum et far
saeorum et dicunt eis illi quare non
adduxistis illum ministri autem resp
derunt numquam taliter quisquam h
locutus est quomodo iste homo respon
unt farisaei numquid et uos seduc
quid aliquis ex principibus u
didit in eum sed

Codex K.—39 nondum *pro* non. 45 venerunt igitur. 46 sicut homo loquitur (*om.* hic).

ledicti sunt. 50 Dicit Nicodemus ad eos, ille
qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis,
51 Numquid lex nostra iudicat hominem nisi
audierit ab ipso prius et cognoverit quid fa-
ciat? 52 Responderunt et dixerunt ei Num-
quid et tu Galilaeus es? Scrutare et vide quia
propheta a Galilaea non surgit. 53 Et reversi
sunt unusquisque in domum suam.

VIII. 1 Iesus autem perrexit in montem oli-
veti. 2 Et diluculo iterum venit in templum, et
omnis populus venit ad eum, et sedens docebat
eos. **[16]** 3 Adducunt autem scribae et Phari-
saei mulierem in adulterio deprehensam, et sta-
tuerunt eam in medio 4 et dixerunt ei Magister,
haec mulier modo deprehensa est in adulterio.
5 In lege autem Moyses mandavit nobis huius-
modi lapidare: tu ergo quid dicis? 6 Haec
autem dicebant temptantes eum, ut possent ac-
cusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum
digito scribebat in terra. 7 Cum autem perseve-
rarent interrogantes eum, erexit se et dixit eis
Qui sine peccato est vestrum, primus in illam
lapidem mittat. 8 Et iterum se inclinans scri-

Codex D.—VIII. 6 possint . . . terram. 8 terram.

Codex K.—51 prius ab ipso. 52 scrutare scripturas et

g di
ad eos qui uenerat nocte ad eum pri
mquid lex nostra iudicat hominem nisi a
iat et cognoscat quid faciat responderu
dixerunt ei numquid et tu ex galilea es scr
are scribturas et uide quoniam profeta ex
alilea non exsurget et reuersi sunt unusquis
ue in domum suam ihs̄ autem perrexit
montem olиueti et diluculo iterum uenit ihs̄
templo et omnis populus uenit ad eum et
dens docebat eos adducunt autem scribae
farisaei mulierem in adulterio† depraehensa
statuentes eā in medio eorum dixerunt ei
agister haec mulier modo depraehensa est
adulterio in lege autem moyses mandauit
obis huiusmodi lapidare tu autem quid di
s hoc autem dicebant temptantes eum ut
sent eum accusare ihs̄ autem inclinans
eorsum digito suo scribebat in terra cu
m perseuerarent interrogantes eum .
se et dixit eis . qui sine peccato es
ide . mit

[12] † (i *suppl. ex corr.*) [13] (*sic*).

---

vide. VIII. 1 *om.* autem. 6 possint . . . Iesus autem . . . terram. 7 primum. 8 *om.* inclinans . . . terram.

bebat in terra. 9 Audientes autem unus post
unum exiebant [incipientes] a senioribus, et re-
mansit solus et mulier in medio stans. 10 Eri-
gens autem se Iesus dixit ei Mulier, ubi sunt?
nemo te condemnavit? 11 Quae dixit Nemo,
domine. Dixit autem Iesus Nec ego te condem-
nabo: vade et amplius iam noli peccare.

12 Iterum ergo locutus est eis Iesus dicens
Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non am-
bulabit in tenebris sed habebit lucem vitae.
13 Dixerunt ergo ei Pharisaei Tu de te ipso
testimonium perhibes: testimonium tuum non
est verum. 14 Respondit Iesus et dixit eis Et
si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum
est testimonium meum, quia scio unde veni et
quo vado: vos autem nescitis unde venio aut
quo vado. 15 Vos secundum carnem iudicatis,
ego non iudico quemquam: 16 et si iudico ego,
iudicium meum verum est, quia solus non sum,
sed ego et qui me misit pater. 17 Et in lege
vestra scriptum est quia duorum hominum testi-
monium verum est. 18 Ego sum qui testimo-

9 (*incipiens**).

CODEX D.—10 ubi sunt qui te accussabant (*sic*). 12 huius mundi.

post unum exiebant incipientes
bus et remansit ihs̄ solus et mulier in me
stans erigens autem se ihs̄ dixit ei mulier
sunt qui te accussabant nemo te condem
uit quae dixit nemo dn̄e dixit autem i
nec ego te condemnabo uade hinc et ex ho
iam noli peccare.... rursus autem lo
uebatur ihs̄ dicens ego sum lumen mundi
sequitur me non ambulabit in tenebris
habebit lumen uitae dixerunt autem ei far
u de te testimonium perhibes testimon
tuum non est uerum respondit ihs̄ et dix
et si ego testimonium perhibeo de me uerum
testimonium meum quoniam scio und
ueni et quo uado uos autem nescitis und
uenio et quo uado uos secundum carne
udicatis ego non iudico neminem quod
udico ego iudicium meum uerum est
lus non sum sed ego et qui me misit pa
uestra scribtum est quoniam

CODEX K.—10 se autem . . . . ubi sunt qui te accussant. 12 *om.* eis . . . . lumen vitae. 14 nescitis unde unde veniam . . . vadam.

nium perhibeo de me ipso, et testimonium per-
hibet de me qui misit me pater. 19 Dicebant
ergo ei Ubi est pater tuus? Respondit Iesus
Neque me scitis neque patrem meum: si me sci-
retis, forsitan et patrem meum sciretis. 20 Haec
verba locutus est in gazophylacio docens in tem-
plo, et nemo apprehendit eum, quia necdum ve-
nerat hora eius.

21 Dixit ergo iterum eis Iesus Ego vado, et
quaeritis me, et in peccato vestro moriemini:
quo ego vado vos non potestis venire. 22 Dice-
bant ergo Iudaei Numquid interficiet semet ip-
sum, quia dicit Quo ego vado vos non potestis
venire? 23 Et dicebat eis Vos de deorsum estis,
ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis,
ego non sum de hoc mundo. 24 Dixi ergo vo-
bis quia moriemini in peccatis vestris: si enim
non credideritis quia ego sum, moriemini in pec-
cato vestro. 25 Dicebant ergo ei Tu quis es?
Dixit eis Iesus Principium quia et loquor vobis.
26 Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed
qui misit me verax est, et ego quae audivi ab eo,
haec loquor in mundo. 27 Et non cognoverunt
quia patrem eis dicebat. **17** 28 Dixit ergo eis

nium perhibeo de me
perhibet de me pater . dicebant igitur i
est pater tuus respondit ihs̄ neque me no
neq . patrem meum si me sciretis et patrem m
rsitan sciretis haec uerba locutus est ihs̄ in g
filacio docens in templo et nemo adpraehendi
m quoniam nondum uenerat hora eius , , , ,
dixit autem iterum ihs̄ ego uado et quae
tis me et in peccato uestro moriemini ubi ego
do nos non potestis uenire dicebant igitur
daei numquid interficiet se quoniam dicit
i ego uado . uos non potestis uenire dixit ergo
rum eis uos de deorsum estis ego de susum sum
s de hoc mundo estis ego non sum de hoc mun
dixit itaq . uobis quoniam moriemini in pec
is uestris si enim non crede†ritis quoniam
sum moriemini in peccatis uestris dicebant
em ei tu quis es dixit eis ihs̄ inititium
quor uobiscum . multa habeo de uobis lo
iudicare sed qui misit me uerax est et
udiui ab eo haec loquor in h

15 ('dixit' *sic*). 16 † ('di' *m. rec supra scr.*) 18 (*sic*).

Codex D.—18 pater qui misit me.

Codex K.—18 pater qui misit me. 19 respondit eis Iesus . . . *om.* me *prius* . . . *fin* scieritis. 23 *om.* de *prim.* . . . estis de hoc mundo. 24 crederitis. 25 ei, et tu . . . *om.* et.

Iesus Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cog-
noscetis quia ego sum, et a me ipso facio nihil,
sed sicut docuit me pater, haec loquor. 29 Et
qui me misit mecum est: non reliquit me solum,
quia ego quae placita sunt ei facio semper.

30 Haec illo loquente multi crediderunt in
eum. 31 Dicebat ergo Iesus ad eos qui credi-
derunt ei Iudaeos Si vos manseritis in sermone
meo, vere discipuli mei eritis, 32 et cognoscetis
veritatem, et veritas liberabit vos. 33 Respon-
derunt ei Semen Abrahae sumus et nemini servi-
vimus umquam: quomodo tu dicis Liberi eritis?
34 Respondit eis Iesus Amen amen dico vobis
quia omnis qui facit peccatum servus est peccati;
35 servus autem non manet in domo in aeter-
num, filius manet in aeternum: 36 si ergo filius
vos liberaverit, vere liberi eritis. 37 Scio quia
filii Abrahae estis: sed quaeritis me interficere,
quia sermo meus non capit in vobis. 38 Ego
quod vidi apud patrem loquor, et vos quae vidis-
tis apud patrem vestrum facitis. 39 Responde-
runt et dixerunt ei Pater noster Abraham est.

Codex D.—29 relinquit. 34 *om.* Iesus.

Codex K.—31 permanseritis. 35 *om.* filius *usque* aeternum.

exaltaueritis
nc scietis quoniam ego sum et a me fac
il sed ut docuit me pater haec loquor et
misit me mecum est non reliquit me so
quoniam ego quae sunt ei placita facio sem
haec eo loquente multi crediderunt in eu
dicebat autem ihs̄ ad eos qui crediderunt
iudaeis si uos permanseritis in uerbo meo
re discipuli mei estis et scietis ueritatem et
ritas liberabit uos responderunt ei iudae
dicentes semen abraham sumus et nemin
seruiuimus umquam quomodo tu dicis l
ri eritis respondit illis ihs̄ amen dico uo
quoniam omnis qui facit peccatum seru
est peccati seruus autem non manet in do
in aeternum filius autem manet in aetern
scio quia semen abraham estis sed quaer
me occidere quoniam uerbum meum n
capit in uobis ego quod uidi apud patre
quor et uos ergo quae uidistis
esp . . de

Dixit eis Iesus Si filii Abrahae estis, opera Abra-
hae facite. 40 Nunc autem quaeritis me interfi-
cere, hominem qui veritatem vobis locutus sum
quam audivi a deo: hoc Abraham non fecit.
41 Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt ita-
que ei Nos ex fornicatione non sumus nati, unum
patrem habemus deum. 42 Dixit ergo eis Iesus
Si deus pater vester esset, diligeretis utique me:
ego enim ex deo processi et veni; neque enim a
me ipso veni, sed ille me misit. 43 Quare lo-
quellam meam non cognoscitis? quia non potes-
tis audire sermonem meum. 44 Vos ex patre
diabolo estis, et desideria patris vestri vultis
facere: ille homicida erat ab initio et in veritate
non stetit, quia non est veritas in eo: cum loqui-
tur mendacium, ex propriis loquitur quia mendax
est et pater eius. 45 Ego autem quia veritatem
dico, non creditis mihi. 46 Quis ex vobis arguit
me de peccato? Si veritatem dico, quare vos
non creditis mihi? 47 Qui est ex deo, verba dei
audit: propterea vos non auditis, quia ex deo

CODEX D.—39 dicit. 42 me utique. 44 zabulo. 45 a *in* quia *erasum*. 46 arguet.

CODEX K.—42 me utique . . . a deo. 44 zabulo. 46 arguit et. 47 ex deo est.

abraham
ili abraham estis opera abraheͣ face
autem quaeritis me occidere hominem
ueritatem locutus sum uobis quam audiu
dō hoc abraham non fecit sed uos faciti
opera patris uestri dixerunt ei nos ex for
nicatione non summus nati unum patre
habemus dm̄ . dixit eis ihs̄ si ds̄ pater uester ess
diligeretis utique me ego enim ex dō exiui et
ueni nec enͥm a me ueni sed ille me misit qu
re loquellam meam non cognoscitis quon
non potestis audire uerbum meum uos e
patre diabolo estis et desideria patris uestri
facere uultis ille homicida fuit ab initio
n ueritate non stetit quoniam ueritas in eo
mendacium de suo pr
non est cum quando loquitur quoniam
mendax est sicut pater eius ego quonia
eritatem dico uobis non creditis mihi
uis ex uobis arguet me de peccato si uer
dico uobis quare non creditis mihi
est uerba dī loquitur . propte

---

[7] (*sic*). [10] ('eum' *corr.* 'enim' *m. pr. ut vid.*) [16] (*sic*).

non estis. 48 Responderunt igitur Iudaei et dix-
erunt ei Nonne bene dicimus nos quia Samarita-
nus es tu et daemonium habes? 49 Respondit
Iesus Ego daemonium non habeo, sed honorifico
patrem meum, et vos inhonoratis me. 50 Ego
autem non quaero gloriam meam: est qui quae-
rit et iudicat. 51 Amen amen dico vobis, si quis
sermonem meum servaverit, mortem non videbit
in aeternum. 52 Dixerunt ergo Iudaei Nunc
cognovimus quia daemonium habes: Abraham
mortuus est et prophetae, et tu dicis Si quis ser-
monem meum servaverit, non gustabit mortem in
aeternum: 53 numquid tu maior es patre nostro
Abraham, qui mortuus est? et prophetae mortui
sunt: quem te ipsum facis? 54 Respondit Iesus
Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est:
est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis
quia deus noster est, 55 et non cognovistis eum,
ego autem novi eum. Et si dixero quia non scio
eum, ero similis vobis mendax: sed scio eum, et

Codex K.—49 inhonorificatis me. 50 quaerat. 52 prophetae mortui sunt. 54 honorifico *pro* glorifico . . . . honor meus nihil est.

iudaei et dixerunt ei nonne
dicimus quoniam samaritanus es tu
daemonium habes respondit ihs̄ ego d
onium non habeo sed honorifico patrem
eum uos inhonorificastis me ego aute
on quaero honorem meum est qui quaeri
iudicat amen amen dico uobis si quis uer
um meum seruauerit mortem non uidebit in
ternum dixerunt illi iudaei nunc cogno
imus quoniam daemonium habes abra
m mortuus est et profetae et tu dicis siqu
erbum meum seruauerit non gustabit mor
em in aeternum numquid tu maior es patr
nostro abrahae qui mortuus est et profetae
mortui sunt quem te ipsum facis respond
s si ego honorifico me honor meus nihil es
st pater meus qui honorificet me quem uos
citis quoniam ds̄ uerax est et non nostis e
autem noui eum . et si dixero quoniam no
ero similis uobis mendax sed sc

sermonem eius servo. 56 Abraham pater ves-
ter exultavit ut videret diem meum, et vidit et
gavisus est. 57 Dixerunt ergo Iudaei ad eum
Quinquaginta annos nondum habes et Abraham
vidisti? 58 Dixit eis Iesus Amen amen dico
vobis, ante quam Abraham fieret ego sum.
59 Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum:
Iesus autem abscondit se et exivit de templo.

IX. [**18**] 1 Et praeteriens vidit hominem cae-
cum a nativitate. 2 Et interrogaverunt eum
discipuli sui Rabbi, quis peccavit, hic aut pa-
rentes eius, ut caecus nasceretur? 3 Respondit
Iesus Neque hic peccavit neque parentes eius,
sed ut manifestetur opus dei in illo. 4 Me opor-
tet operari opera eius qui misit me, donec dies
est: venit nox quando nemo potest operari.
5 Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.
6 Haec cum dixisset, expuit in terram et fecit
lutum ex sputo et levit lutum super oculos eius,
7 et dixit ei Vade lava in natatoria Siloae, quod
interpretatur missus. Abiit ergo et lavit, et ve-
nit videns. 8 Itaque vicini et qui videbant eum

CODEX D.—IX. 3 manifestaretur opera domini. 6 linuit.
7 et lava.

um eius seruo
tabatur ut uideret diem meum et u
uisus est dixerunt igitur iudaei ad eum
quaginta annos nondum habes et abrah
disti dixit eis ihs̄ amen amen dico uo
nte abraham ego sum sustulerunt igitur lap
es ut mitterent super eum ihs̄ autem abscond
et exiuit de templo . et praeteriens uid
ominem caecum ex natiuitate et interr
auerunt eum discipuli sui rabbi quis pecca
ic aut parentes eius quoniam caecus nat
est et respondit ihs̄ . neq . hic peccauit neq
arentes eius sed ut manifestetur opera dī
n eo . me oportet operari opera eius qui m
s est ueniet nox cum nemo po
sum in hoc mundo lumen s
sset expuit in ter

Codex K.—55 *om.* sermonem eius. 59 *om.* autem. IX. 3 respondet eis Iesus . . . . manifestetur opera domini. 4 *om.* oportet. 6 linevit.

prius quia mendicus erat, et dicebant Nonne hic
est qui sedebat et mendicabat? alii dicebant quia
hic est: 9 alii autem Nequaquam, sed similis
est eius: ille dicebat quia ego sum. 10 Dice-
bant ergo ei Quomodo aperti sunt oculi tibi?
11 Respondit ille Homo qui dicitur Iesus lutum
fecit et unxit oculos meos, et dixit mihi Vade ad
natatoriam Siloae et lava: et abii et lavi et vidi.
12 Dixerunt ei Ubi est ille? Ait Nescio.

13 Adducunt eum ad Pharisaeos, qui caecus
fuerat: 14 erat autem sabbatum quando lutum
fecit Iesus et aperuit oculos eius. 15 Iterum
ergo interrogabant eum Pharisaei quomodo vi-
disset. Ille autem dixit eis Lutum posuit mihi
super oculos, et lavi, et video. 16 Dicebat ergo
ex Pharisaeis quidam Non est hic homo a deo,
qui sabbatum non custodit. Alii dicebant Quo-
modo potest homo peccator haec signa facere?
Et schisma erat in eis. 17 Dicunt ergo caeco

Codex D.—8 erat, dicebant.

Codex K.—8 quia prius . . . . erat dicebant. 12 et dixe-
runt. 15 eum et Pharisaei.

mendicus erat et non uidens diceba
nne hic est qui sedebat et mendicabat al
utem dicebant hic est alii dicebant non est
milis est illi ille autem dicebat ego sum dix
unt ei quomodo aperti sunt oculi tui respo
dit ille et dixit homo qui dicitur ihs̄ lutum fe
superlinuit me et dixit mihi uade in siloam
ablue te et abii et laui me et uidere coepi
ixerunt autem ubi est et ait illis nescio add
erunt illum ad farisaeos qui caecus fuerat
rat autem sabbatum qua die lutum fecit ih
et aperuit oculos eius rursus igitur interr
abant eum farisaei dicentes quomodo u
des et ille dixit eis lutum i
os meos et ablui me in s
bant autem qu

iterum Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos
tuos? Ille autem dixit quia propheta est.
18 Non crediderunt ergo Iudaei de illo, quia
caecus fuisset et vidisset, donec vocaverunt pa-
rentes eius qui viderat, 19 et interrogaverunt eos
dicentes Hic est filius vester, quem vos dicitis
quia caecus natus est? quomodo ergo nunc vi-
det? 20 Responderunt eis parentes eius et dix-
erunt Scimus quia hic est filius noster et quia
caecus natus est: 21 quomodo autem nunc videat
nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos nesci-
mus: ipsum interrogate, aetatem habet, ipse de
se loquatur. 22 Haec dixerunt parentes eis quia
timebant Iudaeos: iam enim conspiraverant Iu-
daei ut si quis eum confiteretur Christum, extra
synagogam fieret. 23 Propterea parentes eius
dixerunt quia aetatem habet, ipsum interrogate.

24 Vocaverunt ergo rursum hominem qui fue-
rat caecus, et dixerunt ei Da gloriam deo: nos
scimus quia hic homo peccator est. 25 Dixit
ergo ille Si peccator est nescio: unum scio, quia

Codex D.—21 quomodo ergo. 24 qui erat.
Codex K.—21 aperuit oculos eius.

iam aper ocu ia profeta est et non credebant in o quoniam fuerat caecus et uidebat uocauerunt parentes eius et interrogau runt eos dicentes hic est filius uester quem uos dicitis quoniam caecus natus est quom do ergo modo uidet responderunt paren eius et dixerunt scimus quoniam hic est fili noster et quoniam caecus natus est quom do autem modo uident nescimus uel quis ap uit oculos illius nos nescimus ipsum inter rogate aetatem habet ipse pro se loquatur aec autem dixerunt parentes eius quonia timebant iudaeos iam enim decreuerant farisaei et scribae ut quisquis eum confessu uisset χp̅m̅ proiceretur de synagoga propte oc parentes dixerunt aetatem habet ips ro se loquatur uocauerunt rursus hom em qui fuerat caecus et dixerunt ei da orem dō nos scimus quoniam iste ho tor est dixit autem ille si peccat

caecus cum essem modo video. 26 Dixerunt
ergo illi Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi
oculos? 27 Respondit eis Dixi vobis iam et
audistis: quid iterum vultis audire? numquid et
vos vultis discipuli eius fieri? 28 Maledixerunt
ei et dixerunt Tu discipulus illius es, nos autem
Moysi discipuli sumus. 29 Nos scimus quoniam
Moysi locutus est deus, hunc autem nescimus
unde sit. 30 Respondit ille homo et dixit eis In
hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit,
et aperuit meos oculos: 31 scimus autem quia
peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor
est et voluntatem eius facit, hunc exaudit. 32 A
saeculo non est auditum quia aperuit quis oculos
caeci nati: 33 nisi esset hic a deo, non poterat
facere quicquam. 34 Responderunt et dixerunt
ei In peccatis natus es totus, et tu doces nos?
Et eiecerunt eum foras.

35 Audivit Iesus quia eiecerunt eum foras, et
cum invenisset eum, dixit ei Tu credis in filium
dei? 36 Respondit ille et dixit Quis est, domine,

Codex D.—29 scimus quia. 31 sed qui dei.

Codex K.—28 discipuli sumus Moysi. 29 scimus quia. 30 oculos meos oculos (*sic*). 35 audivit autem Iesus.

ideo dixerunt ei quid fecit tibi
aperuit oculos tuos respondit eis
obis et non creditis quid uultis iterum a
re numquid et uos uultis discipuli eius fie
ale dixerunt ei et dixerunt tu sis discipulu
ius nos moysi discipuli sumus nos scimus qu
iam moysi locutus est ds̄ hunc autem nesci
us unde sit respondit homo et dixit eis . in
rgo mirandum est quoniam nos nescitis un
de sit et aperuit oculos mihi scimus quoniam
eccatores ds̄ non exaudit sed qui colit eum
et voluntatem eius facit hunc exaudit , ,
a saeculo non est auditum quoniam aper
uit quisquam oculos caeci nati nisi esset iste
a dō non poterat facere quicquam respon
erunt iudaei et dixerunt ei in peccatis natu
est totus et tu doces nos et eicerunt illum
oras audiuit ihs̄ quoniam eiecessent
ras . et cum [in] uenisset eum dixit ei tu
filium dī respondit ille et dixit

ut credam in eum? 37 Dixit ei Iesus Et vidisti
eum, et qui loquitur tecum ipse est. 38 At ille
ait Credo, domine, et procidens adoravit eum.
39 Et dixit Iesus In iudicium ego in hunc mun-
dum veni, ut qui non vident videant, et qui
vident caeci fiant.

40 Et audierunt ex Pharisaeis qui cum ipso
erant, et dixerunt ei Numquid et nos caeci su-
mus? 41 Dixit eis Iesus Si caeci essetis, non
haberetis peccatum: nunc vero dicitis quia vide-
mus, peccatum vestrum manet.

X. [19] 1 Amen amen dico vobis, qui non
intrat per ostium, in ovile ovium sed ascendit
aliunde, ille fur est et latro: 2 qui autem intrat
per ostium, pastor est ovium. 3 Huic ostiarius
aperit, et oves vocem eius audiunt, et proprias
oves vocat nominatim et educit eas. 4 Et cum
proprias oves emiserit, ante eas vadit, et oves
illum sequuntur, quia sciunt vocem eius: 5 alie-
num autem non sequentur, sed fugient ab eo,
quia non noverunt vocem alienorum.

Codex D.—37 et dixit. 38 procedens. X. 5 saecuntur . . . fugiunt.

Codex K.—37 et dixit. 38 procedens. 39 **add.* non *post*

stis eum et qui tecum loquitur
ille dixit credo dn̄e et adorauit eum
it ei ihs̄ in iudicium ego ueni in hunc mu
ut qui non uident uideant et qui uide
ci fiant et audierunt ex farisaeis qui
llo erant et dixerunt ei numquid et nos cae
sumus dixit eis ihs̄ si caeci essetis non habe
tis peccatum nunc autem dicitis quonia
uidemus peccatum ergo uestrum perm
net amen amen dico uobis qui non intr
per ianuam in aula ouium sed ascend
per aliam partem ille fur est et latro na
qui intrat per ianuam pastor est oui
huic hostiarius aperit et oues uocem e
audiunt et suas oues nominatim uocat
producet eos. et cum oues omnes suas p
duxerit praecedit eas et oues eum seq
tur quoniam nouerunt eius uocem ex
um uero non sequntur sed fugiunt a
oniam non nouerunt ex.teram

21 (‘x’ *supra* ‘u’ *script.*)

---

qui *sec.** 40 quidam ex Pharisaeis. X. 1 ascendit illi unde (*sic*). 3 hunc *pro* huic. 5 non secuntur . . . fugiunt.

6 Hoc proverbium dixit illis Iesus: illi autem
non cognoverunt quid loqueretur eis. 7 Dixit
ergo eis iterum Iesus Amen amen dico vobis
quia ego sum ostium ovium. 8 Omnes quotquot
venerunt fures sunt et latrones, sed non audie-
runt eos oves. 9 Ego sum ostium: per me si
quis introierit, salvabitur, et ingredietur et egre-
dietur, et pascua inveniet. 10 Fur non venit
nisi ut furetur et mactet et perdat: ego veni ut
vitam habeant et abundantius habeant. 11 Ego
sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam
dat pro ovibus: 12 mercennarius et qui non est
pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum
venientem et dimittet oves et fugit, et lupus rapit
et dispergit oves, 13 mercennarius autem fugit
quia mercennarius est, et non pertinet ad eum de
ovibus. 14 Ego sum pastor bonus, et cognosco
meas et cognoscunt me meae, 15 sicut novit me
pater et ego agnosco patrem, et animam meam
pono pro ovibus. 16 Et alias oves habeo quae

Codex D.—12 (*om.* autem = *Am.*) . . . dimittit.

Codex K.—6 dixit eis. 8 non cognoverunt eos oves. 10 perdet. 11 ponit *pro* dat . . . ovibus suis. 12 (*om.* autem = *Am.*) . . . vidit . . . dimittit. 15 ovibus meis.

,, dixit autem eis ihs̄ amen amen
uobis quoniam ego sum ianua ouium
s. quodquod uenerunt fures sunt et lat
es sed non audierunt eos oues ego sum
nua per me si quis intrauerit saluabitur
ntrabit et exiet et pascua inueniet [fur] non
enit nisi ut furetur et iugulet et disperdat.
ueni ut uitam habeant et amplius habe
nt ego sum pastor bonus pastor bonus an
am suam tradit pro ouibus suis mercena
ius autem et qui non est pastor cuius non
nt oues propriae uidet lupum uenientem
et dimissis ouibus fugit et lupus rapit eas et di
argit oues mercenarius autem fugit quo
iam mercenarius est et non est ei cura de
ouibus ego sum pastor bonus et noui meas
nouerunt me meae sicut nouit me pate
ego noui patrem et animam meam pon
uibus meis sed et alias oues habeo

---

[7] (*sic*).

non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me addu-
cere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile
et unus pastor. 17 Propterea me pater diligit,
quia ego pono animam meam, et iterum sumam
eam. 18 Nemo tollit eam a me, sed ego pono
eam a me ipso; potestatem habeo ponendi eam,
et potestatem habeo iterum sumendi eam: hoc
mandatum accepi a patre meo.

19 Dissensio iterum facta est inter Iudaeos
propter sermones hos. 20 Dicebant autem multi
ex ipsis Daemonium habet et insanit: quid eum
auditis? 21 Alii dicebant Haec verba non sunt
daemonium habentis: numquid daemonium po-
test caecorum oculos aperire?

[20] 22 Facta sunt autem encaenia in Hiero-
solymis, et hiems erat, 23 et ambulabat Iesus in
templo in porticu Salomonis. 24 Circumdede-
runt ergo eum Iudaei et dicebant ei Quo usque
animam nostram tollis? si tu es Christus, dic
nobis palam. 25 Respondit eis Iesus Loquor
vobis, et non creditis: opera quae ego facio in

Codex D.—16 ad vocem. 17 ut iterum. 23 portico.
Codex K.—17 ut iterum. 23 portico.

de . . . c ouili et illas opo
re et uocem meam audient et fiet u
et unus pastor propter hoc me pater dil
quod ego pono animam meam ut iterum
piam eam nemo tollit eam a me sed ego p
eam a me ipso potestatem habeo ponen
et potestatem habeo iterum sumendi eam
mandatum accepi a patre dissensio
facta est inter iudeos propter haec uerba
dicebant ergo multi ex illis daemonium ha
et insanit quid eum auditis alii diceb
haec uerba non sunt daemonium habe
tis numquid potest daemonium caecor
oculos aperire . . . . facta est autem de
x. dicatio in hyerusolimis hiemps erat
et deambulabat ihs̄ in templo in portic
solomonis circumdederunt igitur eum
udaei et dicebant quousque animam
ostram crucias si tu es χp̄s dic nobis m
ste respondit ihs̄ loquor uobiscum
creditis opera quae ego faci

nomine patris mei, haec testimonium perhibent
de me; 26 sed vos non creditis, quia non estis
ex ovibus meis. 27 Oves meae vocem meam
audiunt, et ego cognosco eas et sequuntur me,
28 et ego vitam aeternum do eis, et non peribunt
in aeternum, non rapiet eas quisquam de manu
mea. 29 Pater meus quod dedit mihi, maius
omnibus est, et nemo potest rapere de manu
patris mei. 30 Ego et pater unum sumus.

31 Sustulerunt lapides Iudaei ut lapidarent
eum. 32 Respondit eis Iesus Multa opera bona
ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum
opus me lapidatis? 33 Responderunt ei Iudaei
De bono opere non lapidamus te sed de blasphe-
mia, et quia tu, homo cum sis, facis te ipsum
deum. 34 Respondit eis Iesus Nonne scriptum
est in lege vestra quia ego dixi Dii estis? 35 Si
illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, et
non potest solvi scriptura; 36 quem pater sancti-
ficavit et misit in mundum, vos dicitis quia blas-
phemas, quia dixi Filius dei sum? 37 Si non

Codex D.—28 et non rapiet. 35 *om.* et.

Codex K.—28 et non rapit. 29 *om.* omnibus. 31 sustu-
lerunt ergo. 36 blasfemat.

aec tes . . mo
mihi sed uos non creditis mihi quon
n estis de ouibus meis sicut dixi uobis qu
nt ex ouibus meis uocem meam audiunt
ego noui eas et sequntur me et ego uitam
ternam do eis et non perient in sempiternu
ec quisquam rapit eas de manu mea pater
uod dedit mihi maius est omnibus nemo po
erit rapere de manu patris mei ego et pate
num sumus sustulerunt igitur lapides iu
daei ut lapidarent eum respondit eis ihs̄
multa opera bona ostendi uobis a patre meo
ropter quod eorum opus me lapidatis . respon
erunt ei iudaei pro bono opere te non
apidamus sed pro blasfemia et quia tu cu
s homo facis te dm̄ respondit ihs̄ nonne
cribtum est in lege quoniam ego dixi dii es
s si ergo illos dixit deos ad quos uerbum
ctum est dī et non potest solui scribtura
pater sanctificauit et misit in hunc
os dicitis quia blasfemat quon

facio opera patris mei, nolite credere mihi : 38 si
autem facio, etsi mihi non vultis credere, operi-
bus credite, ut cognoscatis et credatis quia in me
est pater et ego in patre. 39 Quaerebant ergo
eum prendere, et exivit de manibus eorum.

40 Et abiit iterum trans Iordanen in eum lo-
cum ubi erat Iohannes baptizans primum, et
mansit illic. 41 Et multi veniebant ad eum et
dicebant quia Iohannes quidem signum fecit nul-
lum, 42 omnia autem quaecumque dixit Iohannes
de hoc vera erant. Et multi crediderunt in eum.

XI. **21** 1 Erat autem quidam languens Laza-
rus a Bethania, de castello Mariae et Marthae
sororis eius. 2 Maria autem erat quae unxit
dominum unguento et extersit pedes eius capil-
lis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. 3 Mi-
serunt ergo sorores ad eum dicentes Domine,
ecce quem amas infirmatur. 4 Audiens autem
Iesus dixit eis Infirmitas haec non est ad mortem
sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per

Codex D.—39 adpraehendere.

Codex K.—38 *om.* est. 39 adpraehendere. 41 venerunt.
XI. 1 sororum.

filius dī sum si non facio
lite mihi credere si autem facio
ultis credere operibus credite ut sci
et cognoscatis quoniam pater in me et e
eo quaerebant igitur eum adpraehen
re et euasit de manibus eorum et abiit iter
trans iordanen in locum ubi erat iohan
baptizans primum et mansit ibi et multi u
nerunt ad eum dicentes quoniam iohan
nes quidem signum fecit nullum omnia q
cumq . autem iohannes de hoc dixit erant
uera et multi crediderunt in eum , , , , ,
i .. erat autem quidam aeger lazarus
a bethania de monicipio mariae et mar
sororis eius erat autem maria quae u
xerat dnm̄ unguento et exterserat pede
eius capillis suis cuius frater lazarus in
firmabatur miserunt igitur ad ihm̄ so
es eius dicentes dnē ecce quem ama
firmatur audiens ihs̄ dixit infir
non est ad mortem sed pro glor

eam. 5 Diligebat autem Iesus Martham et soro-
rem eius Mariam et Lazarum. 6 Ut ergo audivit
quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem
loco duobus diebus: 7 deinde post haec dicit
discipulis suis Eamus in Iudaeam iterum. 8 Di-
cunt ei discipuli Rabbi, nunc quaerebant te lapi-
dare Iudaei, et iterum vadis illuc? 9 Respondit
Iesus Nonne duodecim horae sunt diei? Si quis
ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hu-
ius mundi videt: 10 si autem ambulaverit nocte,
offendet, quia lux non est in eo. 11 Haec ait, et
post hoc dicit eis Lazarus amicus noster dormit:
sed vado ut a somno exsuscitem eum. 12 Dixe-
runt ergo discipuli eius Domine, si dormit, salvus
erit. 13 Dixerat autem Iesus de morte eius, illi
autem putaverunt quia de dormitione somni dice-
ret. 14 Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste La-
zarus mortuus est: 15 et gaudeo propter vos, ut
credatis, quoniam non eram ibi: sed eamus ad
eum. 16 Dixit ergo Thomas qui dicitur Didy-

CODEX D.—XI. 10 offendit. 13 (somnii = *Am.*)

CODEX K.—5 *om.* autem. 8 Iudaei lapidare. 9 offendit . . . *om. a* quia *usque* offendet *sec.* 13 somni.

us dī

bat martham et sororem eius et laz ergo audisset quoniam infirmatur tu . dem mansit in eo loco biduum deinde haec discipulis suis eamus iterum in deam dicunt ei discipuli eius rabbi nunc uaerebant te occidere iudaei et iterum adis ibi respondit ihs̄ nonne xii horae nt diei si quis ambulat per diem non offen t quoniam lumen huius mundi uidet siquis mbulat per noctem offendit quoniam lux no est in illo haec dixit et post modum dixit ei azarus amicus noster dormiuit sed uad t suscitem eum dixerunt autem ei discipul ui dn̄e si dormit saluus erit dixerat autem hs̄ de morte eius illi uero aestimauerunt quo niam de dormitionem somnii dixit eis. tun ergo dicit eis manifeste lazarus mortuus t et gaudeo propter uos ut credatis quo o non eram ibi sed eamus ad eum thomas qui dicitur didymus

mus ad condiscipulos Eamus et nos, ut moriamur
cum eo.

17 Venit itaque Iesus et invenit eum quattuor
dies iam in monumento habentem. 18 Erat au-
tem Bethania iuxta Hierosolyma quasi stadiis
quindecim. 19 Multi autem ex Iudaeis venerant
ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas de
fratre suo. 20 Martha ergo ut audivit quia Iesus
venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat.
21 Dixit ergo Martha ad Iesum Domine, si fuis-
ses hic, frater meus non fuisset mortuus: 22 sed
et nunc scio quia quaecumque poposceris a deo
dabit tibi. 23 Dicit illi Iesus Resurget frater
tuus. 24 Dicit ei Martha Scio quia resurget in
resurrectione in novissima die. 25 Dixit ei Iesus
Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me,
etiamsi mortuus fuerit vivet; 26 et omnis qui
vivit et credit in me, non morietur in aeternum.
Credis hoc? 27 Ait illi Utique, domine, ego
credidi quia tu es Christus filius dei, qui in
mundum venisti. 28 Et cum haec dixisset, abiit
et vocavit Mariam sororem suam silentio dicens

Codex D.—17 ad monumento. 18 Hierusolimam. 22 tibi deus. 23 dicit ei. 24 novissimo. 25 si mortuus.

uenit ihs̄ inuenit eum iam quar
monumento habentem erat autem ba
uxta hierusolymam quasi ab stadiis xii . mu
autem ex iudaeis uenerunt ad martham
mariam ut consolarentur eas de fratre
martha igitur audiuit quod ihs̄ uenit obui
uenit ei maria autem domi sedebat
ergo martha ad ihm̄ dn̄e si fuisses hic frater
meus non fuisset mortuus sed nunc scio q
niam quaecumq . petieris a dō dabit tibi ds̄ .
ait illi ihs̄ surget frater tuus dicit ei mar
ha scio quia resurget in resurrectione in no
issimo die dicit ei ihs̄ ego sum resurrectio
et uita . qui credit in me etsi mortuus fuerit
uiuet et omnis qui uiuit et credit in me no
morietur in aeternum credis hoc dicit ei
martha utique dn̄e ego credidi quoniam
u es χp̄s filius dī qui in hunc mundum uen
et cum haec dixisset abiit et uocauit
sororem suam silentio dicens .

[4] (*ut vid.*)

Codex K.—18 statis quindecim. 20 *om.* ergo. 22 tibi deus. 23 dicit ei. 24 novissimo. 25 dicit . . . . *om.* fuerit . . . vivit. 26 vivet. 27 in hunc mundum. 28 silentio dilentio dicens (*sic*) . . . adest et vocat.

Magister adest, vocat te. 29 Illa ut audivit,
surgit cito et venit ad eum: 30 nondum enim
venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo
loco ubi occurrerat ei Martha. 31 Iudaei igitur
qui erant cum illa in domo et consolabantur eam,
cum vidissent Mariam quia cito surrexit et exiit,
secuti sunt eam dicentes quia vadit ad monumen-
tum ut ploret ibi. 32 Maria ergo cum venisset
ubi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius
et dixit ei Domine, si fuisses hic, non esset mor-
tuus frater meus. 33 Iesus ergo ut vidit eam
plorantem et Iudaeos qui venerant cum ea plo-
rantes, fremuit spiritu et turbavit se ipsum,
34 et dixit Ubi posuistis eum? Dicunt ei Do-
mine, veni et vide. 35 Et lacrimatus est Iesus.
36 Dixerunt Iudaei Ecce quomodo amabat eum.
37 Quidam autem dixerunt ex ipsis Non poterat
hic qui aperuit oculos caeci facere ut et hic non
moreretur? 38 Iesus ergo rursum fremens in
semet ipso venit ad monumentum: erat autem
spelunca, et lapis superpositus erat ei. 39 Ait

CODEX D.—32 Maria vero. 36 dixerunt ergo. 37 ut hic.

CODEX K.—29 surrexit. 31 cum ea . . . *om.* quia. 32 Maria vero. 33 Iesus vero . . . . infremuit. 36 dixerunt ergo. 37 ex eis.

nfestim et uenit ad eum nondum au
erat ihs̅ in monumentum sed erat ad
eo loco quo obuiam erat ei martha iudae
utem qui erant cum ea in domo et consulaba
ur eam ut uiderunt mariam quod festina
er surrexisset subsecuti sunt eam dicentes
quoniam uadit ad monumentum ut ploret
ibi maria autem cum uenisset ubi erat ihs̅ et
uidisset eum procidit ad pedes eius dicens dn̅
si fuisses hic non fuisset mortuus frater me
us. ihs̅ autem ut uidit eam flentem et iudaeos
flentes qui uenerant cum ea infremuit in sp
et turbauit se ipsum et dixit ubi possuistis eum
dicunt ei dn̅e ueni et uide et lacrimatus est
hs̅ dixerunt autem iudaei ecce quomod
amabat illum quidam autem dixerunt ex
eis non poterat hic qui aperuit oculos caeci
facere ne hic moreretur ihs̅ autem fr
ens intra semet ipsum uenit ad monu
erat autem spelunca et lapis s

---

8 (l *in* 'ploret' *e corr.*)

Iesus Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror
eius qui mortuus fuerat Domine, iam fetet, qua-
triduanus enim est. 40 Dicit ei Iesus Nonne
dixi tibi quoniam si credideris videbis gloriam
dei ? 41 Tulerunt ergo lapidem : Iesus autem
elevatis sursum oculis dixit Pater, gratias ago
tibi quoniam audisti me. 42 Ego autem sciebam
quia semper me audis, sed propter populum qui
circumstat dixi, ut credant quia tu me misisti.
43 Haec cum dixisset, voce magna clamavit La-
zare, veni foras. 44 Et statim prodiit qui fuerat
mortuus, ligatus pedes et manus institis, et facies
illius sudario erat ligata. Dicit Iesus eis Solvite
eum et sinite abire.

45 Multi ergo ex Iudaeis, qui venerant ad Ma-
riam et viderant quae fecit, crediderunt in eum :
46 quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisaeos
et dixerunt eis quae fecit Iesus.

47 Collegerunt ergo pontifices et Pharisaei
concilium, et dicebant Quid facimus, quia hic

Codex D.—47 colligerunt.

Codex K.—41 sustulerunt. *Post* 42 *litteris miniatis* Initium. 44 pedibus et manibus. 47 ad consilium.

dixit . . . . to

it ei soror lazari martha dn̄e iam uadriduum enim habet ait ihs̄ non ti quoniam si crederis uidebis gloriam dī su tulerunt igitur lapidem ihs̄ autem eleuau oculos suos susum et dixit pater gratias ago tibi quoniam audisti me ego sciebam quo niam semper me audis sed propter turbam quae circumstat dixi ut credant quoniam tu me misisti et cum haec dixisset exclamauit uoce magna dicens lazare prodi foras et confestim exiit qui mortuus erat ligatus pe dibus et manibus fasċceis et facies eius ora rio ligata erat dicit ihs̄ soluite illum et dī mittite ire multi igitur ex iudaeis qui uenerant ad mariam uidentes quae fecit crediderunt in eum quidam autem ex eis erunt ad farisaeos et dixerunt eis quae ecisset ihs̄ , , , congregauerunt igitur sacerdotes , et farisaei concilium bant quid faciemus quod h

homo multa signa facit? 48 Si dimittimus eum
sic, omnes credunt in eum, et venient Romani et
tollent nostrum et locum et gentem. 49 Unus
autem ex ipsis, Caiaphas, cum esset pontifex
anni illius, dixit eis Vos nescitis quicquam,
50 nec cogitatis quia expedit nobis ut unus
moriatur homo pro populo et non tota gens
pereat. 51 Hoc autem a semet ipso non dixit,
sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit
quia Iesus moriturus erat pro gente, 52 et non
tantum pro gente, sed et ut filios dei qui erant
dispersi congregaret in unum. 53 Ab illo ergo
die cogitaverunt ut interficerent eum.

54 Iesus ergo iam non in palam ambulabat
apud Iudaeos, sed abiit in regionem iuxta deser-
tum, in civitatem quae dicitur Efrem, et ibi mo-
rabatur cum discipulis. 55 Proximum autem
erat pascha Iudaeorum, et ascenderunt multi
Hierosolyma de regione ante pascha, ut sanc-
tificarent se ipsos. 56 Quaerebant ergo Iesum,

Codex D.—48 credent. 52 congregarent.
Codex K.—48 credant. 55 in Hierusolimam.

redent in eum et uenient roman lent nobis locum et gentem unus aut x eis caifas nomine cum esset summus erdotum anni illius dixit eis uos scitis nihil neque cogitatis quia expedit nobis ut unus homo moriatur pro plebe et non uniuersa gens pereat hoc autem ab se no dixit sed cum esset summus sacerdos anni illius profetauit quoniam incipiebatur mori pro gente et non tantum pro gente sed etiam ut filios dī qui erant dispersi cong garet in unum ab illa igitur die consilium fecerunt iudaei ut occiderent eum , ih autem iam non palam loquebatur cum daeis sed abiit in finitimam regionem de serti in civitatem quae uocatur efrem et ibi mansit cum discipulis suis prope aut erat pascha iudaeorum et ascenderunt lti de regione in hierusolymam ante am ut purificarent se . . . . quae

et conloquebantur ad invicem in templo stantes
Quid putatis, quia non veniat ad diem festum?
57 Dederant autem pontifices et Pharisaei man-
datum ut si quis cognoverit ubi sit indicet, ut
apprehendant eum.

XII. 1 Iesus ergo ante sex dies paschae venit
Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem
suscitavit Iesus. 2 Fecerunt autem ei caenam
ibi, et Martha ministrabat, Lazarus vero unus
erat ex discumbentibus cum eo. **22** 3 Maria
ergo accepit libram unguenti nardi pistici pre-
tiosi, unxit pedes Iesu et extersit capillis suis
pedes eius, et domus impleta est ex odore un-
guenti. 4 Dicit ergo unus ex discipulis eius
Iudas Scariotis, qui erat eum traditurus, 5 Quare
hoc unguentum non veniit trecentis denariis et
datum est egenis? 6 Dixit autem hoc non quia
de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat,
et loculos habens ea quae mittebantur portabat.

Codex D.—56 veniet. XII. 1 Lazarus fuerat. 2 caenam ubi. 5 venit.

Codex K.—XII. 1 in Bethaniam . . . . . Lazarus fuerat. 2 unus erat . . . et uncxit . . . . 5 venit . . . datum esset. 6 fuerat *pro* fur erat.

tantes putatis eum non uentur
iem festum dederunt autem sacerdot
farisaei mandatum ut quicumq. sciss
ubi esset demonstraret eum ut adpraeh
derent eum ihs̄ autem ante sextum die
paschae uenit in bethaniam ubi erat laz
rus quem suscitauit ihs̄ ex mortuis et fe
cerunt ei cenam ibi martha uero minis
trabat lazarus autem unus erat ex dis
cumbentibus cum eo maria igitur acce
pit libram pistici praetiosi unguenti et
uncxit pedes ihū et extersit capillis suis
pedes eius et domus omnis repleta est de
odore dicit unus ex discipulis eius iuda
simon scarioth qui eum traditurus erat
quare hoc unguentum non uenit de
nariis ccc et datum est pauperibus hoc
autem dixit iudas non quod de pauperib
ra erat illi sed quoniam fur erat
ulos habebat et ea quae mitteb

7 Dixit ergo Iesus Sine illam, ut in [diem] se-
pulturae meae servet illud : 8 pauperes enim
semper habetis vobiscum, me autem non semper
habetis.

9 Cognovit ergo turba multa ex Iudaeis quia
illic est, et venerunt non propter Iesum tantum,
sed ut Lazarum viderent quem suscitavit a mor-
tuis. 10 Cogitaverunt autem principes sacerdo-
tum ut et Lazarum interficerent, 11 quia multi
propter illum abibant ex Iudaeis et credebant in
Iesum.

23 12 In crastinum autem turba multa quae
venerat ad diem festum, cum audissent quia ve-
nit Iesus Hierosolyma, 13 acceperunt ramos pal-
marum et processerunt obviam ei, et clamabant
Osanna, benedictus qui venit in nomine domini,
rex Israhel. 14 Et invenit Iesus asellum et sedit
super eum, sicut scriptum est 15 Noli timere,
filia Sion : ecce rex tuus venit sedens super pul-
lum asinae. 16 Haec non cognoverunt discipuli
eius primum, sed quando glorificatus est Iesus,

7 (*in die*).

Codex D.—13 acciperunt.

m saepulturae meae seruet illud . p
es enim semper habetis uobiscum me aut
on semper resciuit igitur multa turba ex i
aeis quod ibi es et uenerunt non propter
hm̅ tantum sed ut lazarum uiderent que
resuscitauit ex mortuis cogitauerunt au
tem principes sacerdotum ut lazarum occid
rent quoniam multi propter eum abiban
iudaeorum et credebant in ihm̅ , , , , , , ,
xiii ,, postera die turba multa quae con
uenerant in diem festum audientes quod
ueniret ihs̅ in hierusolyma sumpserunt me
dullas palmarum et exierunt in ouiam e
et clamabant osanna benedictus qui
uenit in nomine dn̅i rex israhel et inue
nit ihs̅ asellum et sedit super eum sicut
scribtum est in profeta . noli timere filia
ion ecce rex tuus uenit tibi sedens supe
llum asinae haec autem nescieru
uli eius primum sed quando ho

14 (*sic*).

Codex K.—8 habebitis *bis*. 9 illi esset. 10 et Lazarum ut. 14 sic *pro* sicut.

tunc recordati sunt quia haec erant scripta de eo
et haec fecerunt ei. 17 Testimonium ergo per-
hibebat turba, quae erat cum eo quando Lazarum
vocavit de monumento et suscitavit eum a mor-
tuis: 18 propterea et obviam venit ei turba, quia
audierunt eum fecisse hoc signum. 19 Pharisaei
ergo dixerunt ad semet ipsos Videtis quia nihil
proficimus: ecce mundus totus post eum abiit.

20 Erant autem gentiles quidam ex his qui
ascenderant ut adorarent in die festo: 21 hi
ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Beth-
saida Galilaeae, et rogabant eum dicentes Do-
mine, volumus Iesum videre. 22 Venit Philippus
et dicit Andreae, Andreas rursum et Philippus
dicunt Iesu. 23 Iesus autem respondit eis
dicens Venit hora ut glorificetur filius hominis.
24 Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti
cadens in terram mortuum fuerit, 25 ipsum so-
lum manet: si autem mortuum fuerit, multum
fructum affert. Qui amat animam suam, perdet

CODEX D.—16 *om.* fecerunt. 19 farisaei autem . . . profecimus . . . abit. 23 clarificetur.

CODEX K.—19 Pharisaei autem. 21 *om.* accesserunt. 22 dixerunt Iesu. 23 clarificatur.

aec erant scribta de eo et haec fec i testimonium igitur perhibebet tur quae fuerat cum eo quod lazarum clam set de monumento et suscitasset illum d mortuis propter hoc obuiam uenit ei tur ba quia audiuit hoc signum quod fecit fa risaei dixerunt autem ad alterutrum ui detis nihil nos proficere et ecce mundus totus post illum uadit erant autem qui dam gr[a]eci ex his qui ascenderant in [adorare] diem festum hi ergo access·derunt ad filippum qui erat a betsaida galileae et rogabant eum dicentes dn̄e uolumus ihm̄ uidere et uenit filippus et dixit andreae andre as autem cum filippo uenit et dicit ad ihm̄, respondit autem ihs̄ dicit illis uenit hora ut honorificetur filius hominis amen dico uobis nisi granum tritici cadens in rram moriatur ipsum solum manet r tuum fuerit multum fructum

---

[10] ('ascenderant' *corr. ex* 'accesserant').

[11] (*sic; prius script. fuit* 'ascenderant').

eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in
vitam aeternam custodit eam. 26 Si quis mihi
ministrat, me sequatur, et ubi sum ego, illic et
minister meus erit: si quis mihi ministrabit, ho-
norificabit eum pater meus. 27 Nunc anima
mea turbata est, et quid dicam? Pater, salvifica
me ex hora hac. Sed propterea veni in horam
hanc: 28 Pater, clarifica tuum nomen. Venit
ergo vox de caelo Et clarificavi et iterum clarifi-
cabo. 29 Turba ergo quae stabat et audierat,
dicebant tonitruum factum esse: alii dicebant
Angelus ei locutus est. 30 Respondit Iesus et
dixit Non propter me vox haec venit sed propter
vos. 31 Nunc iudicium est mundi, nunc prin-
ceps huius mundi eiicietur foras; 32 et ego si
exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ip-
sum. 33 Hoc autem dicebat significans qua
morte esset moriturus. 34 Respondit ei turba
Nos audivimus ex lege quia Christus manet in

CODEX D.—26 ministraverit. 29 audiebat, dicebat . . . factum est.

CODEX K.—26 ministraverit . . . . *om.* eum. 27 salvum fac me.

(*Hiat codex usque ad* XIII. 20.)

dit animam suam in hoc mundo
aeternam custodiet eam siquis mih
inistrat me sequatur et ubi ego sum ibi
minister meus siquis autem mihi minist
honorabit eum et pater meus . nunc anim
mea turbata est et quid dicam pater salu
me de ista hora sed propter hoc ueni in is
uenit autem uox de caelo et honorificaui
et iterum honorificabo turba autem quae
ircum sta^{ba}t cum audisset dicebat tonitr
um factum est alii dicebant angelus$_{illi}$lo
cutus est respondit ihs̄ et dixit non prop
ter me uox uenit de caelo sed propter me
nunc iudicium mundi est nunc princeps
huius mundi mittetur deorsum et ego si ex
altatus fuero a terra omnia traham a
me hoc autem dicebat significans quo
$\overset{+}{\text{o}}$rte moriturus erat respondit
a nos audiuimus ex lege quo

---

18 + ('o' *corr. ex* 'u').

aeternum, et quomodo tu dicis Oportet exaltari
filium hominis? quis est iste filius hominis?
35 Dixit ergo Iesus Adhuc modicum lumen in
vobis est: ambulate dum lucem habetis, ut non
tenebrae vos comprehendant; et qui ambulat in
tenebris, nescit quo vadat. 36 Dum lucem ha-
betis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.

Haec locutus est eis Iesus, et abiit, et abscon-
dit se ab eis. 37 Cum autem tanta signa fecisset
coram eis, non credebant in eum, 38 ut sermo
Esaiae prophetae impleretur quem dixit Domine,
quis credidit auditui nostro? et brachium domini
cui revelatum est? 39 Propterea non poterant
credere, quia iterum dixit Esaias 40 Excaecavit
oculos eorum et induravit eorum cor, ut non vi-
deant oculis et intellegant corde et convertantur
et sanem eos. 41 Haec dixit Esaias quando vidit
gloriam eius, et locutus est de eo. 42 Verum
tamen et ex principibus multi crediderunt in

Codex D.—35 eis Iesus. 36 *om.* eis. 42 *om.* et.

oniam oportet exaltari filium
quis est iste filius hominis dixit ergo
adhuc modicum tempus lumen in uobis
est ambulate dum lumen habetis ne
tenebrae uos compraehendant et qu
ambulat in tenebris nescit quo eat
dum lucem habetis credite in lucem ut fil
lucis sitis haec locutus est ihs̄ et abiit
abscondit se ab eis , , , tanta autem sign
xiiii cum fecisset in conspectu ipsorum
non crediderunt in eum ut uerbum e
impleretur quod dixit dn̄e quis credidit
auditui nostro et bracchium dn̄i cui re
uelatum est propter hoc non poterant
credere quia iterum dixit eseias obcae
cauit oculos eorum et indurauit cor e
rum ut ne uideant oculis et intellegan
corde et conuertantur et sanem eos . ha
utem dixit eseias quando uidit gl
s et locutus est de eo uerum ta

eum, sed propter Pharisaeos non confitebantur,
ut de synagoga non eicerentur: 43 dilexerunt
enim gloriam hominum magis quam gloriam dei.

44 Iesus autem clamavit et dixit Qui credit in
me, non credit in me sed in eum qui misit me,
45 et qui videt me, videt eum qui misit me.
24 46 Ego lux in mundo veni, ut omnis qui
credit in me in tenebris non maneat. 47 Et si
quis audierit verba mea et non custodierit, ego
non iudico eum: non enim veni ut iudicem mun-
dum, sed ut salvificem mundum. 48 Qui spernit
me et non accipit verba mea, habet qui iudicet
eum: sermo quem locutus sum, ille iudicabit
eum in novissimo die. 49 Quia ego ex me ipso
non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse
mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar.
50 Et scio quia mandatum eius vita aeterna est.
Quae ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic
loquor.

CODEX D.—43 *om.* gloriam *sec.* 48 accepit.

ropter farisaeos non confiteban
eicerentur de synagoga amaueru
utem gloriam hominis magis quam glori
dī ihs̄ autem clamabat dicens qui credi
n me non credit in me sed in eum qui m
misit et qui uidet me uidet eum qui me mis
ego lumen in hunc mundum ueni ut om
nes qui credit in me in tenebris non ma
neat et si quis audit uerba mea et custodi
ea ego non iudico eum nec enim ueni
ut iudicem mundum sed ut saluum facia
mundum qui spernit me et non accipit
uerba mea habet qui iudicet eum uerbum
quod locutus sum ipsum iudicabit eum . in n
ouissimo die quoniam ego ex me ipso non su
locutus sed ille qui me misit pater ipse mi
hi dedit mandatum quid dicam et quid
oquar et scio quoniam mandatum eiu
ta aeterna est quae ego loquor sec
quod dixit mihi pater sic loquor

XIII. 1 Ante diem autem festum paschae
sciens Iesus quia venit hora ut transeat ex hoc
mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant
in mundo, in finem dilexit eos. 2 Et caena facta,
cum diabolus iam misisset in corde ut traderet
eum Iudas Simonis Scariotis, 3 sciens quia om-
nia dedit ei pater in manus, et quia a deo exivit et
ad deum vadit, **25** 4 surgit a caena et ponit ves-
timenta sua, et cum accepisset linteum praecinxit
se, 5 deinde mittit aquam in pelvem, et coepit
lavare pedes discipulorum et extergere linteo
quo erat praecinctus. 6 Venit ergo ad Simonem
Petrum, et dicit ei Petrus Domine, tu mihi lavas
pedes? 7 Respondit Iesus et dicit ei Quod ego
facio tu nescis modo, scies autem postea. 8 Di-
cit ei Petrus Non lavabis mihi pedes in aeternum.
Respondit Iesus ei Si non lavero te, non habes
partem mecum. 9 Dicit ei Simon Petrus Do-
mine, non tantum pedes meos sed et manus et
caput. 10 Dicit ei Iesus Qui lotus est, non

CODEX D.—XIII. 1 eius hora. 2 zabulus. 3 *om.* et *sec.**
8 Iesus et si . . . lavabero.

transiret de hoc mundo ad patr
diligens suos qui erant in hoc mundo
in finem dilexit illos et cum fieret ce
quando diabolus miserat se in cor
iudae ut traderet eum iudas simon
rioth sciens ihs̄ quoniam a dō exiui
ad dm̄ uadit surrexit a cena et posu
uestimenta sua et accepto linteo pra
cincxit se deinde misit aquam in pe
et coepit lauare pedes discipulorum
extergere linteo quo erat praecinc
et uenit ad simonem petrum dicit ei
trus dn̄e tu mihi lauas pedes respo
dit ihs̄ et dixit ei ego quod facio tu
ras scies postea dicit illi petrus no
lauas pedes meos in aeternum respon
dit ihs̄ et dixit ei nisi te lauero non hab
partem mecum ait illi simon petr
n̄e non solum pedes sed et man
ud dicit illi ihs̄ qui lotus e

indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus to-
tus: et vos mundi estis, sed non omnes. 11 Scie-
bat enim quisnam esset qui traderet eum:
propterea dixit Non estis mundi omnes.

12 Postquam ergo lavit pedes eorum et acce-
pit vestimenta sua, cum recubuisset iterum, dixit
eis Scitis quid fecerim vobis? 13 Vos vocatis me
Magister et domine, et bene dicitis: sum etenim.
14 Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et
magister, et vos debetis alter alterius lavare
pedes: 15 exemplum enim dedi vobis, ut quem-
admodum ego feci vobis ita et vos faciatis.
16 Amen amen dico vobis, non est servus maior
domino suo, neque apostolus maior eo qui misit
illum. 17 Si haec scitis, beati eritis si feceritis
ea. 18 Non de omnibus vobis dico: ego scio
quos elegerim, sed ut impleatur scriptura Qui
manducat mecum panem, levabit contra me cal-
caneum suum. 19 A modo dico vobis prius
quam fiat, ut credatis cum factum fuerit quia
ego sum. 20 Amen amen dico vobis, qui acci-
pit si quem misero, me accipit: qui autem me
accipit, accipit eum qui me misit.

Codex D.— 10 non indiget ut lavet, sed. 12 lavavit.

totus et uos mundi estis sed non
sciebat enim quis traditurus esset eum
o dixit quia non estis omnes mundi post
uam autem lauit pedes eorum et accipit ue
menta sua discubuit denuo et dixit eis in
ellegite quid fecerim uobis uos me uocati
agistrum et dn̄m̄ bene dicitis sum etenim
ergo laui pedes uestros dn̄s̄ et magister quanto
agis et uos debetis inuicem pedes lauare
emplum enim dedi uobis ut sicut ego feci uo
s et uos faciatis amen amen dico uobis
uia non est seruus maior dn̄ō suo nec apos
olus maior illo qui misit eum si haec scitis
eati estis si ea feceritis non de omnibus uo
s dico ego enim scio quos elegerim sed ut
ribtura compleatur qui manducat mecum
anem erexit aduersus me calcaneum suum
men amen dico [uo]bis antequam fiat ut tu
um fuerit credatis quoniam ego sum
amen dico uobis qui accipit me
me misit et qui accipit eum q

Codex D.—14 vestros pedes. 18 ego enim . . . levavit.

21 Cum haec dixisset Iesus, turbatus est spi-
ritu et protestatus est et dixit Amen amen dico
vobis quia unus ex vobis tradet me. 22 Aspicie-
bant ergo ad invicem discipuli, haesitantes de
quo diceret. 23 Erat ergo recumbens unus ex
discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus:
24 innuit ergo huic Simon Petrus et dicit ei Quis
est de quo dicit? 25 Itaque cum recubuisset
ille supra pectus Iesu, dicit ei Domine, quis est?
26 Cui respondit Iesus Ille est cui ego intinctum
panem porrexero. **26** Et cum intinxisset panem,
dedit Iudae Simonis Scariotis. 27 Et post buc-
cellam, tunc introivit in illum satanas. Dicit ei
Iesus Quod facis fac citius. 28 Hoc autem
nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei:
29 quidam enim putabant quia loculos habebat
Iudas quia dicit ei Iesus Eme ea quae opus sunt
nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid
daret. 30 Cum ergo accepisset ille buccellam,
exivit continuo: erat autem nox.

31 Cum ergo exisset, dicit Iesus Nunc clari-

Codex D.—26 *om.* cui.

Codex K.—XIII. 21 *om.* est *sec.* . . . . me tradet . . . . 22 ergo se ad invicem. 26 *om.* cui . . . simoni. 29 habeat.

, , haec cum dixisset ihs̄ turbat et testificatus est et dixit amen amen d bis quoniam unus ex uestris tradet me ciebant ergo se inuicem discipuli eius ae tantes de qō diceret erat autem discu bens unus ex discipulis eius in sinu ihū qu diligebat ualde innuit ergo huic petrus interrogaret quisnam esset de quo dicit cumbens ergo ille super pectus ihū dicit ei quis est respondit ihs̄ ille est cui ego intin panem porrexero intingens ergo pan ihs̄ porrexit iudae simoni scarioth , et mo cipit panem intrauit in illum satanas d ergo ihs̄ quod facis fac uelocius nemo a tem hoc intellexit ex discumbentibus q ei dixerit quidam enim putabant quo loculos habebat iudas quod dixisset ei ih ut emeret quae opus sunt in diem festum uel pauperibus aliquid daret cum sset autem ille panem exiuit st t autem nox cum ergo exiss

ficatus est filius hominis, et deus clarificatus est
in eo. 32 Si deus clarificatus est in eo, et deus
clarificabit eum in semet ipso, et continuo clarifi-
cabit eum. 27 33 Filioli, adhuc modicum vobis-
cum sum. Quaeretis me, et sicut dixi Iudaeis
Quo ego vado vos non potestis venire, et vobis
dico modo. 34 Mandatum novum do vobis ut
diligatis invicem sicut dilexi vos ut et vos di-
ligatis invicem. 35 In hoc cognoscent omnes
quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis
ad invicem. 36 Dicit ei Simon Petrus Domine,
quo vadis? Respondit Iesus Quo ego vado non
potes me modo sequi, sequeris autem postea.
37 Dicit ei Petrus Quare non possum te sequi
modo? animam meam pro te ponam. 38 Re-
spondit Iesus Animam tuam pro me ponis?
Amen amen dico tibi, non cantabit gallus do-
nec me ter neges.

XIV. 1 Non turbetur cor vestrum: creditis in
deum, et in me credite. 2 In domo patris mei
mansiones multae sunt: si quo minus, dixissem
vobis: quia vado parare vobis locum. 3 Et si

CODEX D.—33 quaeritis. 37 te modo. 38 pones.

CODEX K.—33 *om.* vobiscum . . . quaeritis. 38 pones.

orificatus est in eo si ds̄ honorifi
est in eo et ds̄ honorificauit eum in se
et ipso et ds̄ protinus honorificabit eum
ii. filioli adhuc pusillum uobiscum sum
quaeritis me et sic dixi iudaeis quia ego
bi uado uos non potestis uenire sic et uob
co nunc mandatum nouum do uobis ut
iligatis inuicem sicut dilexi uos ut et uos
iligatis inuicem in hoc scient omnes qū
am discipuli mei estis si caritatem habeatis
uicem ait illi simon petrus dn̄e ubi uadis
espondit illi ihs̄ ubi ego uado non potes me mo
o sequi sequaeris autem postea dicit illi
nē quare non possum te sequi modo ani
am meam pro te ponam respondens ihs̄
ixit animam tuam pro me ponis amen
men dico tibi quoniam non cantabit ho
e gallus donec tu ter me abneges . non c
etur cor uestrum credite in dm̄ et in
te in domo patris mei multae m
nt . alioquin dixissem uobis

abiero et praeparavero vobis locum, iterum venio
et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego et
vos sitis. 4 Et quo ego vado scitis, et viam
scitis.

5 Dicit ei Thomas Domine, nescimus quo va-
dis, et quomodo possumus viam scire? 6 Dicit
ei Iesus Ego sum via et veritas et vita: nemo
venit ad patrem nisi per me. 7 Si cognovissetis
me, et patrem meum utique cognovissetis: et a
modo cognoscitis eum et vidistis eum. 8 Dicit
ei Philippus Domine, ostende nobis patrem, et
sufficit nobis. 9 Dicit ei Iesus Tanto tempore
vobiscum sum, et non cognovistis me, Philippe?
Qui vidit me, vidit et patrem: quomodo tu dicis
Ostende nobis patrem? 10 Non creditis quia
ego in patre et pater in me est? Verba quae
ego loquor vobis, a me ipso non loquor: pater
autem in me manens, ipse facit opera. 11 Non
creditis quia ego in patre et pater in me est?
12 Alioquin propter opera ipsa credite.

Amen amen dico vobis, qui credit in me,
opera quae ego facio et ipse faciet, et maiora
horum faciet, quia ego ad patrem vado, 13 et
quodcumque petieritis in nomine meo, hoc

et arcessam uos ad me ipsum
et uos sitis et ubi uado scitis uiam
homas dn̄e nescimus ubi uadis quo
do possumus uiam nosse dicit illi ihs̄ ego
uia et ueritas et uita nemo uenit ad patr
nisi per me si sciretis me et patrem meum
retis et a modo scietis eum et uidistis . ait i
filippus dn̄e ostende nobis patrem et suf
cit nobis dicit ei ihs̄ tanto tempore uob
cum sum et non nostis me filippe qui me u
dit uidit et patrem quomodo tu dicis o
tende nobis patrem non credis mihi quo
ego in patre et pater in me est . uerba qu
ego loquor uobis a me ipso non loquor se
pater qui in me manet ipse loquitur et op
ra quae facio ipse facit credite mihi quo
ego in patre et pater in me est sin autem u
propter opera credite amen amen d
uobis qui credit in me opera quae ego f
se faciet et maiora horum faciet
d patrem uado et quidquid ab

Codex D.—XIV. 7 cognoscetis eum. 9 Philippe *cum seqq. conjung.* 10 credis. 12 operam ipsam.

Codex K.—XIV. 7 cognovisetis (*sic*) utìque . . . cognoscetis. 10 credis. 12 ipsa opera . . . ipse facit.

faciam, ut glorificetur pater in filio. 14 Si quid pe-
tieritis me in nomine meo, hoc faciam. [28] 15 Si
diligitis me, mandata mea servate. 16 Et ego
rogabo patrem, et alium paracletum dabit vobis,
ut maneat vobiscum in aeternum, 17 spiritum
veritatis, quem mundus non potest accipere, quia
non vidit eum nec scit eum: vos autem cogno-
scitis eum, quia apud vos manebit et in vobis
erit. 18 Non relinquam vos orphanos, veniam
ad vos. 19 Adhuc modicum et mundus me iam
non videt: vos autem videtis me, quia ego vivo
et vos vivetis. 20 In illo die vos cognoscetis
quia ego sum in patre meo et vos in me et ego
in vobis. 21 Qui habet mandata mea et servat
ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me,
diligetur a patre meo, et ego diligam eum et ma-
nifestabo ei me ipsum. 22 Dicit ei Iudas, non
ille Scariotis, Domine, quid factum est quia no-
bis manifestaturus es te ipsum et non mundo?
23 Respondit Iesus et dixit ei Si quis diligit me,
sermonem meum servabit, et pater meus diliget
eum, et ad eum veniemus et mansiones apud

CODEX D.—20 cognoscítis. 22 *om.* est. 23 dilegit . . . mansiones (= *Am.*).

pater in filio si quid petieritis in
eo hoc faciam ,, si diligitis me ma
,, data mea custodite et ego rogabo pa
rem et alium consolatorem dabit uobis
t uobiscum sit in aeternum sp̄m ueritatis qu
ia mundus non potest accipere quoniam
on uidet eum nescit eum uos autem uideti
um et scitis eum quoniam apud uos manet
t in uobis erit non relinquam uos orfanos
enio ad uos ad huc pu·sillum et hic mundus
am me non uidet uos autem uidetis quoniā e
iuo et uos uiuetis in illa die cognoscetis+uos
quoniam ego in patre meo et uos me et ego in
obis qui habet mandata mea et seruat ea
se est qui diligit me qui autem diligit me dili
itur a patre meo et ego diligam eum et mani
estabo me illi dicit ei iudas non ille scariot
d alius dn̄e quid factum est quod nobis in
s manifestare et non huic mundo r
it ihs̄ et dixit ei si quis diligit me et ue
seruabit et pater meus diligit eu

12 + ('s' *in fin. e corr.*)

Codex K.—17 vidit . . . nescit *pro* nec scit . . . cognoscetis. 21 diligitur a patre. 23 *om.* et *prim.* . . . diligit eum . . . mansionem.

eum faciemus; 24 qui non diligit me, sermones
meos non servat: et sermonem quem audistis,
non est meus, sed eius qui me misit patris.

25 Haec locutus sum vobis apud vos manens:
26 paracletus autem, spiritus sanctus quem mit-
tet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia
et suggeret vobis omnia quaecumque dixero
vobis. 27 Pacem relinquo vobis, pacem meam
do vobis: non quomodo mundus dat ego do
vobis. Non turbetur cor vestrum neque formi-
det. 28 Audistis quia ego dixi vobis Vado et
venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis uti-
que quia vado ad patrem, quia pater maior me
est. 29 Et nunc dixi vobis prius quam fiat, ut
cum factum fuerit credatis. 30 Iam non multa
loquar vobiscum: venit enim princeps mundi
huius, et in me non habet quicquam, 31 sed ut
cognoscat mundus quia diligo patrem, et sicut
mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite,
eamus hinc.

Codex D.—24 misit me. 28 vade*.
Codex K.—24 sermo quem.

mus qui non diligit me uerba
ruat et uerbum meum quod audistis n
eum sed patris mei qui me misit haec
cutus sum uobis apud uos manens cons
ator autem ille $\overline{\text{sps}}$ $\overline{\text{scs}}$ quem misit pater
in nomine meo ille uos docebit uniuersa
commemorabit uos omnia quaecumq· dix
ro pacem relinquo uobis pacem meam
do uobis quemadmodum hic mund
dat ego do uobis non turbetur cor uest
nec paueat audistis quoniam dixi uo
uado et uenio ad uos si diligeretis me ga
deretis quoniam uado ad patrem quia
ter maior me est et nunc dixi uobis an
quam fiat ut cum factum fuerit credati
iam non loquar multa uobiscum ueni
enim mundi huius princeps et in me non
bet nihil sed ut sciat hic mundus quon
ego diligo patrem et sicut mandatum d
ihi pater sic facio surgite eamus h

XV. **29** 1 Ego sum vitis vera, et pater meus
agricola est. 2 Omnem palmitem in me non fe-
rentem fructum, tollet eum, et omnem qui fert
fructum, purgabit eum ut fructum plus afferat.
3 Iam vos mundi estis propter sermonem quem
locutus sum vobis: 4 manete in me, et ego in
vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum
a semet ipso nisi manserit in vite, sic nec vos
nisi in me manseritis. 5 Ego sum vitis, vos pal-
mites: qui manet in me et ego in eo, hic fert
fructum multum, quia sine me nihil potestis
facere. 6 Si quis in me non manserit, mittetur
foras sicut palmes et aruit, et colligent eos et in
ignem mittunt, et ardent. 7 Si manseritis in me
et verba mea in vobis manserint, quodcumque
volueritis petetis, et fiet vobis. 8 In hoc clarifi-
catus est pater meus ut fructum plurimum affe-
ratis et efficiamini mei discipuli. 9 Sicut dilexit
me pater, et ego dilexi vos: manete in dilectione
mea. 10 Si praecepta mea servaveritis, mane-
bitis in dilectione mea, sicut et ego patris mei
praecepta servavi et maneo in eius dilectione.

Codex D.—XV. 2 omne quod.

Codex K.—XV. 2 tollet eum pater . . . . adfert fructum.

palmitem qui in m
et fructum tollet eum pater et om
fructum adferet purgabit eum ut fruc
mpliorem adferat iam uos mundi estis pr
er uerbum quod locutus sum uobis manete in
me et ego in uobis sicut palmes non potest fruc
um adferre ab se nisi maneat in uinea . sic e
qui nō maneat in me ego sum uinea . uos
stis palmes qui manet in me et ego in eum hic
dfert fructum multum quia sine me nihil
testis facere nisi quis permanserit in me
uis autem in me non manserit praecisus est
cut palmes et proiectus foris arescit et colli
nt eum et in ignem mittunt et ardet si man
ritis in me et uerba mea in uobis manserint,
uodcumq· uolueritis perficiet uobis in hoc ho
orificatus est pater meus ut fructum plurimū
dferatis et sitis mei discipuli sicut dilexit me
ter et ego dilexi uos manete in dilectione
si mandata mea seruaueritis maneb
ilectione mea sicut et ego mandata
ei seruaui et maneo in dilectio

---

5 vos autem . . . adfert fructum. 6 mittuntur. 7 volueritis et petieritis, fiet. 10 praecepta patris mei.

11 Haec locutus sum vobis ut gaudium meum
in vobis sit et gaudium vestrum impleatur.
12 Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invi-
cem sicut dilexi vos. 13 Maiorem hac dilectio-
nem nemo habet, ut animam suam quis ponat
pro amicis suis. 14 Vos amici mei estis, si
feceritis quae ego praecipio vobis. 15 Iam non
dico vos servos, quia servus nescit quid facit do-
minus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia
quaecumque audivi a patre meo nota feci vobis.
16 Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et
posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus
vester maneat, ut quodcumque petieritis patrem
in nomine meo det vobis. 17 Haec mando vo-
bis, ut diligatis invicem.

18 Si mundus vos odit, scitote quia me prio-
rem vobis odio habuit. 19 Si de mundo fuissetis,
mundus quod suum erat diligeret: quia vero de
mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo,
propterea odit vos mundus. 20 Mementote ser-
monis mei quem ego dixi vobis Non est servus
maior domino suo: si me persecuti sunt, et vos

CODEX D.—11 *om.* impleatur*. 13 maiorem hanc. 15 quid faciat. 17 *om.* ut diligatis*. 19 fuistis.

obis maneat et gaudium uestr
eatur hoc est mandatum meum ut
tis inuicem sicut dilexi uos maiorem h
caritatem . nemo habet ut animam suam
nat pro amicis suis . uos amici mei estis si f
ciatis quae ego mando uobis iam non dic
uos seruos quoniam seruus nescit quid f
at dn̄s eius uos autem dixi amicos qua
omnia quae audiui a patre meo nota feci
bis . non uos me elegistis sed ego uos elegi
possui uos ut eatis et fructificetis et fr
tus uester maneat ut quidquid petieritis
patre in nomine meo . det uobis . . haec pr
cipio uobis ut diligatis inuicem si saeculu
uos odit scitote quoniam me priorem ue
trum odit si de saeculo hoc esset saeculu
quod suum esset amaret quoniam autem
de hoc saeculo non estis sed ego elegi uos de
culo propterea odit uos saeculum mem
te uerbum quod locutus sum uobis n
us maior dn̄o suo si me perse

Codex K.—13 hanc *pro* hac. 15 quid faciat. 18 qui *pro* quia . . . priorem vos odi habuit. 20 maior servus.

persequentur, si sermonem meum servaverunt, et
vestrum servabunt. 21 Sed haec omnia facient
vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum
qui misit me. 22 Si non venissem et locutus
fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem
excusationem non habent de peccato suo. 23 Qui
me odit, et patrem meum odit. 24 Si opera non
fecissem in eis quae nemo alius fecit, peccatum
non haberent: nunc autem et viderunt et ode-
runt et me et patrem meum. 25 Sed ut imple-
atur sermo qui in lege eorum scriptus est quia
odio me habuerunt gratis. 26 Cum autem vene-
rit paracletus quem ego mittam vobis a patre,
spiritum veritatis qui a patre procedit, ille tes-
timonium perhibebit de me: 27 et vos testimo-
nium perhibetis, quia ab initio mecum estis.

XVI. 1 Haec locutus sum vobis ut non scan-
dalizemini. 2 Absque synagogis facient vos:
30 sed venit hora ut omnis qui interficit vos
arbitretur obsequium se praestare deo. 3 Et
haec facient quia non noverunt patrem neque

CODEX D.—21 me misit. 24 *om.* et *quart.**

CODEX K.—21 *om.* sed. 22 eis non fuissem. 25 habue-

unt et uestrum seruabunt sed
nia facient uobis propter nomen me
uoniam nescient eum qui me misit si non
enissem et locutus eis fuissem peccatum no
aberent nunc uero excusationem non h
ent de peccato suo qui me odit et patrē+ meu
dit si opera non fecissem in eis quae nemo
lius fecit peccatum non haberent nunc
autem et uiderunt et odio habuerunt me
patrem meum sed ut impleatur uerbum
uod in lege eorum scribtum est quoniam ode
unt me gratis cum ergo uenerit ad uo
catus ille quem mittam uobis a patre sp̄s
eritatis qui a patre meo procedit ipse
testificabitur de me et uos testificamini
quoniam ab initio mecum estis . . . . .
x, haec locutus sum uobis ne scandalize
ini eum remouebunt uos de synagogis
eniet hora ut omnis qui uos occiderit
met se obsequium dō praestare d
quoniam non nouerunt m

7 + (*lineol. m. sec.*)

---

runt me. 26 *om.* autem . . . perhibet. 27 mecum fuistis.
XVI. 3 faciunt.

me. 4 Sed haec locutus sum vobis ut cum
venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi
vobis. 5 Haec autem vobis ab initio non dixi
quia vobiscum eram: at nunc vado ad eum qui
me misit, et nemo ex vobis interrogat me Quo
vadis? 6 Sed quia haec locutus sum vobis, tris-
titia implevit cor vestrum. 7 Sed ego veritatem
dico vobis, expedit vobis ut ego vadam: si enim
non abiero, paracletus non veniet ad vos; si
autem abiero, mittam eum ad vos. 8 Et cum
venerit, arguet ille mundum de peccato et de
iustitia et de iudicio. 9 De peccato quidem,
quia non credunt in me; 10 de iustitia vero,
quia ad patrem vado et iam non videbitis me;
11 de iudicio autem, quia princeps mundi huius
iudicatus est. 12 Adhuc multa habeo vobis di-
cere, sed non potestis portare modo: 13 cum
autem venerit ille, spiritus veritatis, docebit vos
in omnem veritatem: non enim loquetur a semet

CODEX D.—XVI. 4 reminiscemini. 8 ille arguet. 13 loquitur.

CODEX K.—5 ab initio vobis . . . . et *pro* at. 6 qui *pro* quia. 7 si enim ego. 8 ille, arguet. 9 crediderunt. 11 huius mundi. 13 loquitur *bis*.

ut cum uenerit horae eorum
is quoniam ego dixi uobis haec au
bis ab initio non dixi quoniam uob
eram nunc autem uado ad eum qui
misit et nemo ex uestris interrogat me
ubi uado. sed quoniam haec locutus sum
uobis tristitia repleuit cor uestrum se
ego uobis ueritatem dico quoniam expe
dit uobis ut ego eam nam si non abier
ego consolator+ non ueniet ad uos quo
si abiero. mittam eum ad uos et cum ue
nerit ille arguet mundum de peccato et
de iustitia et de iudicio de peccato qui
dem quoniam non credunt in me de
iustitia autem quoniam uado ad patre
et iam non uidebitis me de iudicio uero
quoniam princeps huius mundi iudica
tus est adhuc habeo multa uobis dic
re sed non potestis illa modo portar
cum uenerit ille s̅p̅s̅ ueritatis diriget
mnem ueritatem non enim loqu

10 +(‘tor’ *corr. ex* ‘tur’).

ipso, sed quaecumque audiet loquetur, et quae
ventura sunt adnuntiabit vobis. 14 Ille me cla-
rificabit, quia de meo accipiet et adnuntiabit
vobis. 15 Omnia quaecumque habet pater, mea
sunt: propterea dixi quia de meo accipiet et
adnuntiabit vobis. 16 Modicum et iam non vi-
debitis me, et iterum modicum, et videbitis me,
quia vado ad patrem.

17 Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem
Quid est hoc quod dicit nobis Modicum et non
videbitis me, et iterum modicum et videbitis me?
et quia vado ad patrem? 18 Dicebant ergo Quid
est hoc quod dicit modicum? nescimus quid lo-
quitur. 19 Cognovit autem Iesus quia volebant
eum interrogare, et dixit eis De hoc quaeritis
inter vos quia dixi Modicum et non videbitis me,
et iterum modicum et videbitis me? 20 Amen
amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos,
mundus autem gaudebit: vos autem contrista-
bimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.
21 Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit
hora eius: cum autem pepererit puerum, iam
non meminit pressurae propter gaudium, quia

Codex D.—15 accepit. 17 *om.* non *usq.* modicum et (non *tantum suppl.***). 19 cognovit ergo.

tura adnuntiabit uobis ille
rificabit quoniam de meo accipie
adnuntiabit uobis omnia quaecumq ·
abet pater mea sunt propterea dixi uobis
e meo accipiet et adnuntiabit uobis pu
et iam non videbitis me et iterū pusillū
illum et videbitis me dixerunt igitur di
cipuli eius ad inuicem quid est hoc quod di
it nobis pusillum et non uidebitis me et ite
rum pusillum et uidebitis me et quia uado a
atrem quid est hoc pusillum nescimus qīd
icat sciuit ihs̄ quod uellent eum interro
are et dixit illis de hoc inquiritis inter
uos quoniam dixi pusillum et non uidebitis
me et iterum pusillum et uidebitis me . amen
dico uobis quoniam flebitis et lugebitis uos
mundus autem gaudebit uos tristis eritis
sed tristitia uestra in gaudium conuertetur
et mulier cum parit tristitiam habet qu
am uenit dies eius cum autem pepere
it infantem non est iam memor
bulationis propter gaudium quia

[7] (*sic*).

CODEX K.—17 ergo discipuli (*om.* ex) . . . . . *om.* hoc. 19 cognovit ergo. 21 peperit.

natus est homo in mundum. 22 Et vos igitur
nunc quidem tristitiam habebitis: iterum autem
videbo vos et gaudebit cor vestrum, et gaudium
vestrum nemo tollit a vobis. 23 Et in illo die
me non rogabitis quicquam: amen amen dico
vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo,
dabit vobis. 24 Usque modo non petistis quic-
quam in nomine meo: petite, et accipietis, ut
gaudium vestrum sit plenum. 25 Haec in pro-
verbiis locutus sum vobis: venit hora cum iam
non in proverbiis loquar vobis, sed palam de
patre adnuntiabo vobis. 26 Illo die in nomine
meo petetis, et non dico vobis quia ego rogabo
patrem de vobis: 27 ipse enim pater amat vos,
quia vos me amatis et credidistis quia a deo
exivi. 28 Exivi a patre et veni in mundum:
iterum relinquo mundum et vado ad patrem.

29 Dicunt ei discipuli eius Ecce nunc palam
loqueris, et proverbium nullum dicis. 30 Nunc
scimus quia scis omnia, et non opus est tibi ut
quis te interroget: in hoc credimus quia a deo

Codex D.—22 habetis et iterum. 23 interrogabitis. 24 pe-
titis. 25 nuntiabo. 26 petitis. 27 creditis quia ego.

tiam habebitis iterum [aute] ui laetabitur cor uestrum et gaudium nemo auferet a uobis et in illa die me n rogabitis nihil amen amen dico uob quoniam si quid [petieritis] patrem in nomine meo bit uobis usque modo non petistis quic in nomine meo petite et accipietis ut gaudium uestrum sit repletum haec in proverb[i]s locutus sum uobis sed ueniet hora cum iam non in proverb[i]s loqua uobis sed aperte de patre indicabo uobis in illa die in nomine meo petetis et non di cam uobis quoniam ego rogabo patrem pr uobis ipse enim pater amat uos quonia uos me amatis et creditis quoniam ego a d exiui et a patre ueni in hunc mundum ite rum relinquo saeculum et uado ad patre dicunt ei discipuli eius ecce nunc palam loqueris et prouerbium nullum dicis . n rgo scimus quoniam nosti omnia et es necesse ut aliquis te interroget

Codex K.—22 autem et videbo . . . . tollet. 25 *om.* de patre. 26 petitis. 27 quia ego a deo. 28 et iterum.

existi. 31 Respondit eis Iesus Modo creditis?
32 Ecce venit hora et iam venit, ut disperga-
mini unus quisque in propria et me solum relin-
quatis: et non sum solus, quia pater mecum est.
33 Haec locutus sum vobis ut in me pacem
habeatis. In [mundo] pressuram habebitis: sed
[confidite], ego vici mundum.

XVII. [**31**] 1 Haec locutus est Iesus, et suble-
vatis oculis in caelum dixit Pater, venit hora:
clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te,
2 sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut
omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam.
3 Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant
te solum deum verum et quem misisti Iesum
Christum. 4 Ego te clarificavi super terram,
opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam:
5 et nunc clarifica me tu, pater, apud temet
ipsum claritate quam habui prius quam mundus
esset apud te. 6 Manifestavi nomen tuum homi-
nibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant,
et mihi eos dedisti, et sermonem tuum servave-

33 (*in mundum*) . . . (*confidete*).

CODEX D.—31 *om.* Iesus.* 33 pressuram habeatis.
XVII. 5 et tu.

pondit . . . . modo creditis
iet hora et iam uenit ut dispargat
usquisque in suam regionem et me solum
linquatis sed non sum solus quoniam p
er mecum est haec locutus sum uobis ut in
e pacem habeatis in hoc saeculo autem tr
ulationem habebitis sed animaequi es
tote quia ego uici mundum . . . . . .
xi haec locutus est ihs̄ et laeuauit oculos
uos in caelum et dixit pater uenit hora ho
norifica filium tuum ut filius tuus honori
ficet te sicut dedisti illi potestatem uniuersa
carnis ut omnibus quod dedisti ei det eis
uitam aeternam haec est autem uita aeter
na ut sciant te solum uerum dm̄ et quem
misisti ihm̄ χpm̄ ego te honorificaui super
terram opus consummaui quod dedis
ti mihi ut facerem et hunc honorifica
e tu pater apud te manifestaui nomen
uum hominibus quos dedisti mihi de
ecu . o tui erant et mihi eos dedisti

Codex K.—33 *om.* in *prius*. XVII. 2 sed *pro* sicut. 5 aput te me ipsum.

runt: 7 nunc cognoverunt quia omnia quae de-
disti mihi abs te sunt, 8 quia verba quae dedisti
mihi dedi eis, et ipsi acceperunt, et cognoverunt
vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me
misisti. 9 Ego pro eis rogo: non pro mundo
rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui
sunt, 10 et mea omnia tua sunt, et tua mea
sunt, et clarificatus sum in eis. 11 Et iam non
sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te
venio. **32** Pater sancte, serva eos in nomine
tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos.
12 Cum essem cum eis, ego servabam eos in
nomine tuo: quos dedisti mihi custodivi, et nemo
ex his peribit nisi filius perditionis, ut scriptura
impleatur. 13 Nunc autem ad te venio, et haec
loquor in mundo ut habeant gaudium meum im-
pletum in semet ipsis. 14 Ego dedi eis sermo-
nem tuum, et mundus odio eos habuit, quia non
sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo.
15 Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut ser-
ves eos ex malo. 16 De mundo non sunt, sicut
et ego non sum de mundo. 17 Sanctifica eos
in veritate: sermo tuus veritas est. 18 Sicut

CODEX D.—8 acciperunt vere (*om.* et cognoverunt).

runt nu . c cog
abs te sunt
am omnia quae dedisti mihi dedi eis
cceperunt ea et scierunt uere quoni
a te prodierunt et crediderunt quo
tu me misisti ego pro illis rogo non pro sae
lo rogo sed pro his quos dedisti mihi quon
tui sunt et mea omnia tua sunt et tua m
et honorificatus sum in eis et iam non sum
et isti sunt in hoc mundo
in hoc mundo et ego ad te uenio et iam non
sum in hoc mundo et in hoc mundo sum . . .
xxxii pater sancte conserua eos in nomine
tuo dum essem cum eis ego custodiebam eos
quos dedisti mihi custodiui nec quisquam
perit nisi filius perditionis ut scribtura
adimpleatur nunc uero ad te uenio et h
loquor in hoc mundo ut habeant gaudiu
meum completum in semet ipsis ego dedi eis
uerbum tuum et mundus odit eos quoni
non sunt de mundo sed ut custodias eo
a maligno . de hoc mundo non sunt sicu
go non sum de hoc mundo sanctifica e
eritate uerbum tuum uerum e

Codex D.—12 et cum iis . . . periit. 17, 18 veritas et sicut*.
Codex K.—11 conserva. 12 periit.

me misisti in mundum, et ego misi eos in mun-
dum : 19 et pro eis ego sanctifico me ipsum,
ut sint et ipsi sanctificati in veritate. 20 Non
pro his autem rogo tantum, sed et pro eis qui
credituri sunt per verbum eorum in me, 21 ut
omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in
te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut mundus cre-
dat quia tu me misisti. 22 Et ego claritatem
quam dedisti mihi dedi illis, ut sint unum sicut
nos unum sumus, 23 ego in eis et tu in me, ut
sint consummati in unum, et cognoscat mundus
quia tu me misisti, et dilexisti eos sicut et me di-
lexisti. 24 Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi
ego sum et illi sint mecum, ut videant claritatem
meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante
constitutionem mundi. 25 Pater iuste, et mun-
dus te non cognovit, ego autem te cognovi, et
hi cognoverunt quia tu misisti : 26 et notum feci
eis nomen tuum et notum faciam, ut dilectio qua
dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis.

XVIII. 1 Haec cum dixisset Iesus, egressus
est cum discipulis suis trans torrentem Cedron,

CODEX D.—20 *om.* autem. 21 *om.* ut *prius.*
CODEX K.—*Hiat codex usque ad finem evangelii.*

mundum et pro eis sanctific
m ut sint et ipsi sanctificati in ueritat
on pro his autem rogo tantum sed et
ro his qui credituri sunt per uerbum illo
rum in me ut omnes unum sint sicut tu p
ter in me et ego in te ut et ipsi sunt in nobis
ut mundus credat quoniam tu me misist
et ego honorem quem dedisti mihi dedi eis
ut sint unum sicut nos unum sumus et ego
n eis et tu in me ut sint perfecti in unum .
ut cognoscant quoniam tu me misisti et di
lexit eos sicut et tu dilexisti pater quos m
hi dedisti uolo ut ubi ego sum et illis sint mecu
ut uideant gloriam meam quam mihi dedisti
quoniam dilexisti me ante constitutio+nē mun
di pater iuste mundus te ignorat ego uero
te noui · et hi cognouerunt quoniam tu m
misisti et notum feci eis nomen tuum et n
um faciam ut caritas qua dilexisti m
ipsis sit et ego in eis . . . haec cum dix
ihs̄ exiit cum discipulis suis tr

---

11 + (*lincola m. sec.*)

ubi erat hortus, in quem introivit ipse et disci-
puli eius. 2 Sciebat autem et Iudas, qui tradebat
eum, locum, quia frequenter Iesus convenerat
illuc cum discipulis suis. 3 Iudas ergo cum ac-
cepisset cohortem et a pontificibus et Pharisaeis
ministros, venit illuc cum lanternis et facibus et
armis. 4 Iesus itaque sciens omnia quae ventura
erant super eum, processit et dicit eis Quem
quaeritis? 5 Responderunt ei Iesum Nazare-
num. Dicit eis Iesus Ego sum. Stabat autem
et Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. 6 Ut
ergo dixit eis Ego sum, abierunt retrorsum et
ceciderunt in terram. 7 Iterum ergo eos inter-
rogavit Quem quaeritis? Illi autem dixerunt
Iesum Nazarenum. 8 Respondit Iesus Dixi vo-
bis quia ego sum: si ergo me quaeritis, sinite
hos abire. 9 Ut impleretur sermo quem dixit,
quia quos dedisti mihi, non perdidi ex ipsis
quemquam. 10 Simon ergo Petrus habens gla-
dium eduxit eum et percussit pontificis servum
et abscidit eius auriculam dextram: erat autem

Codex D.—XVIII. 5 *om.* ei.
Codex K.—*Hiat.*

m caedri ubi erat
auit ipse et discipuli eius . scieb
iudas qui eum traditurus erat locum
quoniam saepius conuenerat ibi ihs̄ cum
cipulis suis iudas igitur accepta chor
te militum et ex principibus sacerdotum e
farisaeis ministros uenit cum lanternis
et faculis et armis ihs̄ autem sciens omnia
quae uentura essent sibi egressus est et
dixit eis quem quaeritis responderunt ih̄
nazareum dicit illis ego sum stabat au
iudas qui tradebat eum cum eis ad ubi au
dixit ego sum abierunt retro et ceciderunt
in terra rursus igitur interrogauit eos .
quem quaeritis qui dixerunt ihm̄ nazor^{a}en
respondit eis ihs̄ dixi uobis quoniam ego sum
ergo si me quaeritis sinite hos ire ut adim
pleretur uerbum quod dixerat quoniam
quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemqua
simon igitur petrus habens gladium eduxi
eum et percussit seruum principis sacerd
et abscidit auriculam eius dexter

nomen servo Malchus. 11 Dixit ergo Iesus
Petro Mitte gladium in vaginam: calicem quem
dedit mihi pater, non illum bibam?

12 Cohors ergo et tribunus et ministri Iudae-
orum comprehenderunt Iesum et ligaverunt eum,
33 13 et adduxerunt eum ad Annam primum:
erat enim socer Caiaphae, qui erat pontifex anni
illius: 14 erat autem Caiaphas qui consilium
dederat Iudaeis quia expedit unum hominem
mori pro populo.

15 Sequebatur autem Iesum Simon Petrus et
alius discipulus: discipulus autem ille erat notus
pontifici et introivit cum Iesu in atrium pontificis,
16 Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit
ergo discipulus ille qui erat notus pontifici et
dixit ostiariae, et introduxit Petrum. 17 Dicit
ergo Petro ancilla ostiaria Numquid et tu ex dis-
cipulis es hominis istius? Dicit ille Non sum.
18 Stabant autem servi et ministri ad prunas,
quia frigus erat, et calefiebant: erat autem cum
eis et Petrus stans et calefaciens se.

11 (*bibam illam*).

CODEX D.—15 *om.* Simon. 16 discipulus alius.
CODEX K.—*Hiat.*

se . ui illius ihs petro reconde gladium in tec cem quem dedit mihi pater non uis ut am illum cohors igitur militum et trib nus et ministri iudaeorum adpraehende runt ihm et ligauerunt et perduxerunt a annam primum enim erat socer caifae qui erat summus sacerdos anni illius erat enim caifas qui consilium dederat iudaeis quoniam expedit unum hominem mori pro populo sequebatur autem ihm simon petrus et alius discipulus discipulus autem ille notus erat principibus sacerdotum et sim introiuit cum ihu in atrium principis sacerd tum petrus autem stabat ad ianuam fori exivit ergo discipulus ille alius qui erat notu principis sacerdotum et dixit ostiariae et introduxit petrum dixit ergo petro puell ostiaria numquid et tu discipulus es ho minis huius . ad ille ait non sum staban autem serui et ministri ad carbones cale cientes se quoniam frigus erat

19 Pontifex ergo interrogavit Iesum de disci-
pulis et de doctrina eius. 20 Respondit ei Iesus
Ego palam locutus sum mundo: ego semper
docui in synagoga et in templo, quo omnes
Iudaei conveniunt, et in occulto locutus sum
nihil. 21 Quid me interrogas? interroga eos
qui audierunt quid locutus sum ipsis: ecce hi
sciunt quae dixerim ego. 22 Haec autem cum
dixisset, unus adsistens ministrorum dedit alapam
Iesu, dicens Sic respondes pontifici? 23 Respon-
dit ei Iesus Si male locutus sum, testimonium
perhibe de malo: si autem bene, quid me
caedis?

24 Et misit eum Annas ligatum ad Caiaphan
pontificem.

25 Erat autem Simon Petrus stans et calefa-
ciens se. Dixerunt ergo ei Numquid et tu ex
discipulis eius es? Negavit ille et dixit Non
sum. 26 Dicit unus ex servis pontificis, cog-
natus eius cuius abscidit Petrus auriculam Nonne
ego te vidi in horto cum illo? 27 Iterum ergo
negavit Petrus, et statim gallus cantavit.

CODEX D.—19 discipulis suis.
CODEX K.—*Hiat.*

tem cum eis petrus s
ens se summus igitur sacerdos
avit ihm̄ de discipulis eius et de doctri
ius respondit ei ihs̄ ego palam locutus
mundo et semper docui in synagogis et in
templo ubi uniuersi iudaei conueniunt et
n occulto locutus sum nihil quid me inter
rogas interroga eos qui me audierunt qu
locutus sum eis ecce hi sciunt quae dixerim
ego haec eo dicente unus ex circumstantib
ministris dedit palmam ihū dicens sic re
pondis principi sacerdotum ihs̄ autem d
xit si male locutus sum testificare de meo
o si autem bene quid me caedis . misit aute
eum uinctum anna ad caifan principe
sacerdotum erat autem simon petrus
calefaciens se dixerunt igitur ei num
quid et tu unus ex discipulis illius es nega
uit ille dicens non sum ait unus ex seruis
rincipis sacerdotum qui cognatus erat e
ius abscidit petrus auriculam nonne
uidi in horto cum eo rursus igit

28 Adducunt ergo Iesum a Caipha in praeto-
rium: erat autem mane: et ipsi non introierunt
in praetorium, ut non contaminarentur sed man-
ducarent pascha. 29 Exivit ergo Pilatus ad eos
foras et dixit Quam accusationem affertis adver-
sus hominem hunc? 30 Responderunt et dixe-
runt ei Si non esset hic malefactor, non tibi
tradidissemus eum. 31 Dixit ergo eis Pilatus
Accipite eum vos et secundum legem vestram
iudicate eum. Dixerunt ergo Iudaei Nobis non
licet interficere quemquam. 32 Ut sermo Iesu
impleretur, quem dixit significans qua esset
morte moriturus.

33 Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus,
et vocavit Iesum et dixit ei Tu es rex Iudaeo-
rum? 34 Et respondit Iesus A temet ipso hoc
dicis, an alii tibi dixerunt de me? 35 Respondit
Pilatus Numquid ego Iudaeus sum? gens tua et
pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti?
36 Respondit Iesus Regnum meum non est de

Codex K.—*Hiat.*

gallus cant
gitur ihm ad pilatum in praetor
at autem mane et ipsi non intrauer
praetorum ut non conmacularent
ed ut manducarent pascha exiit ante
oris pilatus ad eos et dixit quam accu
tionem adfertis aduersus hominem hu
responderunt et dixerunt ei nisi esset is
aliquid malefaciens non utique tradi
semus eum tibi dixit autem eis pilatus acc
ite uos ergo eum et secundum legem uestr
udicate eum dixerunt ergo iudaei nobis
non licet occidere quemquam ut uerbu
ihm̅ adimpleatur quod dixit significan
qua morte mor[e]retur intrauit ergo it
rum in praetorium pilatus et uocauit ad
se ihm̅ et dixit illi tu es rex iudaeorum . re
pondit ihs̅ abs te hoc dicis an alii tibi dix
runt de me . respondit pilatus numqui
ego iudaeus sum gens tua et principes s
cerdotum tradiderunt te mihi quid
ti respondit ihs̅ regnum meum

mundo hoc: si ex hoc mundo esset regnum
meum, ministri mei decertarent ut non traderer
Iudaeis: nunc autem meum regnum non est
hinc. 37 Dixit itaque ei Pilatus Ergo rex es
tu? Respondit Iesus Tu dicis, quia rex sum
ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in
mundum, ut testimonium perhibeam veritati:
omnis qui est ex veritate audit meam vocem.
38 Dicit ei Pilatus Quid est veritas? Et cum
hoc dixisset, iterum exivit ad Iudaeos et dicit
eis Ego nullam invenio in eo causam. 39 Est
autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis
in pascha: vultis ergo dimittam vobis regem
Iudaeorum? 40 Clamaverunt rursum omnes
dicentes Non hunc, sed Barabban. Erat autem
Barabbas latro.

XIX. 1 Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum
et flagellavit. 2 Et milites plectentes coronam
de spinis inposuerunt capiti eius et veste pur-
purea circumdederunt eum, 3 et veniebant ad
eum et dicebant Have rex Iudaeorum, et dabant
ei alapas.

4 Exiit iterum Pilatus foras et dicit eis Ecce

CODEX D.—36 quod* . . . non est hic*. 40 *om.* non* (*ante*

mundo . . . . regn
hoc mundo ministri mei utique
ent ne traderer uidaeis nunc
o regnum meum non est hinc ait igitu
ilatus ergo rex es tu et respondit ihs̄ tu d
quia rex sum ego in hoc natus sum et in ho
ueni in hunc mundum et testimonium pe
hibeam ueritati omnis qui est ex ueritate
audit uerba mea dicit ei pilatus quid es
ueritas et cum hoc dixisset iterum ait a
daeos et ait illis ego nullam inueni in eo
sam est autem consuetudo uobis unu
dimittam uobis in pascha uultis ergo d
mittam uobis regem iudaeorum et excla
mauerunt omnes noli hunc sed bar[b]ab
erat autem barabbas latro tunc igitur
adpraehendit pilatus ihm̄ et flagillauit e
et milites factam coronam de spinis inpo
erunt super capud eius et uestimento pu
pureo induerunt illum et ueniebant a
et dicebant haue rex iudaeoru
ei palmas exiuit autem

hunc *litterae erasae sunt fortasse duae*). XIX. 3 dabant ei palmas.

Codex K.—*Hiat.*

adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia in
eo nullam causam invenio. 5 Exiit ergo Iesus
portans spineam coronam et purpureum vesti-
mentum. Et dicit eis Ecce homo. 6 Cum ergo
vidissent eum pontifices et ministri, clamabant
dicentes Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus
Accipite eum vos et crucifigite: ego enim non
invenio in eo causam. 7 Responderunt ei Iu-
daei Nos legem habemus, et secundum legem
debet mori, quia filium dei se fecit.

8 Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem,
magis timuit, 9 et ingressus est praetorium ite-
rum et dicit ad Iesum Unde es tu? Iesus autem
responsum non dedit ei. 10 Dicit ergo et Pila-
tus Mihi non loqueris? nescis quia potestatem
habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimit-
tere te? 11 Respondit Iesus Non haberes po-
testatem adversum me ullam nisi tibi esset datum
de super: propterea qui tradidit me tibi maius
peccatum habet. 12 Exinde quaerebat Pilatus
dimittere eum: Iudaei autem clamabant dicentes
Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris: omnis
qui se regem facit contradicit Caesari.

Codex D.—6 ei. 11 me tradidit.

oris et ait illis ecce adduco uo
ut sciatis quoniam causam in eo non
nio exiit autem ihs̄ foris habens spinea
ronam et purpureum uestimentum ad u
iderunt eum principes sacerdotum et minis
tri exclamauerunt dicentes crucifigatur
it illis pilatus accipite uos eum crucifigite
go enim non inuenio causam in eo respon
derunt ei iudaei et dixerunt nos legem habe
us et secundum legem debet mori quoniā filium
se fecit cum ergo audisset pilatus hoc uer
um magis timuit et intrauit rursus in praeto
rium et dixit ad ihm̄ unde es tu ihs̄ responsum
li non dedit ait pilatus mihi non loqueris
escis quoniam potestatem habeo crucifigere
e et potestatem habeo dimittere te respon
dit ihs̄ non haberes potestatem aduersus me ul
am nisi tibi fuisset data de susum propterea
ui tradidit me tibi maius peccatum habet ex ho
latus quaerebat dimittere eum iudaei autē
abant dicentes hunc si dimiseris non e
s amicus omnis qui se regem f

Codex K.—*Hiat.*

13 Pilatus ergo cum audisset hos sermones,
adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali in
[loco] qui dicitur Lithostrotus, hebraice autem
Gabbatha. 14 Erat autem parasceve paschae,
hora quasi sexta. Et dicit Iudaeis Ecce rex
vester. 15 Illi autem clamabant Tolle tolle, cru-
cifige eum. Dixit eis Pilatus Regem vestrum
crucifigam? Responderunt pontifices Non ha-
bemus regem nisi Caesarem. 16 Tunc ergo
tradidit eis illum ut crucifigeretur.

Susceperunt autem Iesum et duxerunt, 17 et
baiulans sibi crucem exivit in eum qui dicitur
calvariae locum, hebraice Golgotha, 18 ubi eum
crucifixerunt, et cum eo alios duos hinc et hinc,
medium autem Iesum. 19 Scripsit autem et
titulum Pilatus et posuit super crucem: erat
autem scriptum Iesus Nazarenus rex Iudaeorum.
20 Hunc ergo titulum multi legerunt Iudaeorum,
quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est
Iesus, et erat scriptum hebraice graece et latine.
21 Dicebant ergo pontifices Noli scribere Rex

13 (*in locum*).

CODEX D.—16 eduxerunt. 21 ergo Pilato principes Iu-
daeorum.

aec uerba produxit foris ihm̄
ibunali in loco qui appellatur litho
ebraeicae autem gennethar erat a
parasceue paschae hora circiter sexta et
iudaeis ecce rex uester ad illi clamaban
dicentes tolle tolle crucifige eum ait illis
latus regem uestram crucifigam responderun
principes sacerdotum nos non habemus r
nisi caesarem tunc ergo tradidit eum eis
crucifigeretur , , , susceperunt igitur
xxxiiii ihm̄ et portans sibi crucem exiu
in locum qui appellatur locus caluaria
dicitur hebraeicae golgotha ubi enim c
cifixerunt et cum illo alios duos hinc adq
illinc medium autem ihm̄ scribsit autem
tus titulum et posuit supra crucem era
tem scribtum [ihs̄] nazorenus rex iudaeo
hunc igitur titulum multi iudaeorum le
quoniam iuxta erat locus ciuitatis ubi
fixus erat ihs̄ et erat scribtum haebra
aece et latinae dicebant autem

Codex K.—*Hiat.*

Iudaeorum, sed quia ipse dixit Rex sum Iudaeo-
rum. 22 Respondit Pilatus Quod scripsi, scripsi.

23 Milites ergo cum crucifixissent eum, acce-
perunt vestimenta eius et fecerunt quattuor par-
tes, unicuique militi partem, et tunicam. Erat
autem tunica inconsutilis, de super contexta per
totum: 24 dixerunt ergo ad invicem Non scinda-
mus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut
scriptura impleatur dicens Partiti sunt vesti-
menta mea sibi, et in vestem meam miserunt
sortem. Et milites quidem haec fecerunt.

25 Stabant autem iuxta crucem Iesus mater
eius et soror matris eius Maria Cleopae et Maria
Magdalene. 26 Cum vidisset ergo Iesus matrem
et discipulum stantem quem diligebat, **34** dicit
matri suae Mulier, ecce filius tuus. 27 Deinde
dicit discipulo Ecce mater tua. Et ex illa hora
accepit eam discipulus in sua.

28 Postea sciens Iesus quia iam omnia con-
summata sunt, ut consummaretur scriptura, dicit
Sitio. 29 Vas ergo positum erat aceto plenum:
illi autem spongiam plenam aceto hysopo cir-
cumponentes optulerunt ori eius. 30 Cum ergo
accepisset Iesus acetum, dixit Consummatum est,
et inclinato capite tradidit spiritum.

i scriber . rex
pse dixerit rex sum iudaeorum   resp
us quod scribsi scribsi milites autem cum cruc
ent ihm̅ acceperunt uestimentum eius et feceru
uatuor partes unicuiq. militi partem . erat autem
unica non consuta de superioribus texta per omn
ixerunt autem ad alterutrum non scindamus eam
ed sortiamur de ea cuius sit ut scribtura adimple
tur diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem
eam miserunt sortem et milites quidem haec fece
nt stabat autem iuxta crucem ihu̅ mater eius . et
ores matris ipsius maria cleope et maria mag
lene ihs̅ autem cum uidisset matrem et discipu
m stantem quem diligebat dicit matri suae mu
r ecce filius tuus   deinde dicit discipulo ecce
ater tua ex illa hora suscepit eam discipulus
n suis   post haec ihs̅ sciens quoniam omnia
mata sunt ut impleretur scribtura ait sitio
rat concha posita aceto plena spongiā ergo
am aceto cum felle et hysopo admiscentes op
runt ori eius cum ergo accepisset ihs̅ acetu
nsummatum est et inclinans capud tradi

Codex D.—23 crucifixerunt.   27 et exi* . . . suam.
Codex K.—*Hiat.*

31 Iudaei ergo, quoniam parasceve erat, ut
non remanerent in cruce corpora sabbato, erat
enim magnus dies ille sabbati, rogaverunt Pila-
tum ut frangerentur eorum crura et tollerentur.
32 Venerunt ergo milites, et primi quidem frege-
runt crura et alterius qui crucifixus est cum eo:
33 ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt
eum iam mortuum, non fregerunt eius crura,
34 sed unus militum lancea latus eius aperuit,
et continuo exivit sanguis et aqua. 35 Et qui
vidit testimonium perhibuit, et verum est eius
testimonium, et ille scit quia vera dicit, ut et vos
credatis. 36 Facta sunt enim haec ut scriptura
impleatur Os non comminuetis ex eo. 37 Et
iterum alia scriptura dicit Videbunt in quem
transfixerunt.

38 Post haec autem rogavit Pilatum Ioseph ab
Arimathia, eo quod esset discipulus Iesu, occul-
tus autem propter metum Iudaeorum, ut tolleret
corpus Iesu: et permisit Pilatus. Venit ergo et
tulit corpus Iesu: 39 venit autem et Nicodemus,

CODEX D.—33 *om.* cum*. 36 impleretur. 38 tulerunt.
CODEX K.—*Hiat.*

cum tradidisset spm uelum
medium a summo usq. deorsum iuda
uoniam parasceue erat ne manerent sup
em corpora sabbato erat autem dies mag
illius sabbati rogauerunt pilatum ut fran
rentur crura illis et tollerentur ueneru
autem milites et primi quidem crura frege
et alterius qui crucifixi sunt cum eo ad ihm̄
autem cum uenissent ut uiderunt eū mor
non fregerunt crura eius sed unus ex mili
lancea latus illius aperuit et exiuit statim
guis et aqua et qui uidit testimonium perhib
et uerum est testimonium eius et ipse scit quo
niam uera dicit ut et uos credatis facta · su
enim haec ut scribtura adimpleatur ossa
eius non conteretur et iterum alia scribtu
dicit uidebunt in quem conpunxerunt · po
aec autem rogauit pilatum ioseph ab arim
tia quͥerat discipulus ihū absconse prop
er metum iudaeorum ut tolleret corpus ih
rmisit pilatus uenerunt et sustuler
enit autem et nicodimus qui

---

11 (*punct. sic*).

qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mix-
turam murrae et aloes quasi libras centum.
40 Acceperunt ergo corpus Iesu et ligaverunt
eum linteis cum aromatibus, sicut mos Iudaeis
est sepelire. 41 Erat autem in loco ubi cruci-
fixus est hortus, et in horto monumentum no-
vum, in quo nondum quisquam positus erat:
42 ibi ergo propter parasceven Iudaeorum, quia
iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

XX. [35] 1 Una autem sabbati Maria Magda-
lene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad
monumentum, et videt lapidem sublatum a mo-
numento. 2 Cucurrit ergo et venit ad Simonem
Petrum et ad alium discipulum quem amabat
Iesus, et dicit eis Tulerunt dominum de monu-
mento, et nescimus ubi posuerunt eum. 3 Exiit
ergo Petrus et ille alius discipulus, et venerunt
ad monumentum: 4 currebant autem duo simul:
et ille alius discipulus praecucurrit citius Petro
et venit primus ad monumentum, 5 et cum se
inclinasset, videt posita linteamina, non tamen
introivit. 6 Venit ergo Simon Petrus sequens
eum et introivit in monumentum, et videt lin-
teamina posita, 7 et sudarium, quod fuerat supra

octe prius adferens mixtu
es quasi libras centum acceperunt ig
pus ihū et c^{n}oligauerunt illud in linteaminibu
um aromatibus sicut consuetudo est iudaeis s
pellire . erat autem eo loco ubi crucifixus est hor
tus et in horto monumentum nouum in quo no
dum quisquam positus erat ibi ergo propter par
sceue quoniam prope erat monumentum posuerun
prima autem sabbati maria magdalene
enit mane cum adhuc tenebrae essent ad mo
numentum et uidit lapidem sublatum ab ostio mo
numenti cucurrit ergo et uenit ad simonem petru
et alium discipulum quem amabat ihs̄ et dicit illis tu
runt dn̄m meum de monumento et nescio ubi pos
erunt eum exiuit autem petrus et alter discipulus
autem
et ueniebant ad monumentum currebant ips
duo simul ille alius discipulus praecucurrit uel
cius petro et uenit prior ad monumentum et
cum se inclinasset uidet posita linteamina non
amen introiuit uenit autem et simon petru
equens eum et introiuit in monument
teamina posita et sudarium quo

Codex D.—XX. 5 vidit. 6 vidit. 7 super.
Codex K.—*Hiat.*

caput eius, non cum linteaminibus positum, sed
separatim involutum in unum locum. 8 Tunc
ergo introivit et ille discipulus qui venerat pri-
mus ad monumentum, et vidit et credidit. 9 Non-
dum enim sciebat scripturam, quia oporteret eum
a mortuis resurgere. 10 Abierunt ergo iterum
ad semet ipsos discipuli.

11 Maria autem stabat ad monumentum foris
plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se et pro-
spexit in monumentum, 12 et vidit duos angelos
in albis sedentes, unum ad caput et unum ad
pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. 13
Dicunt ei illi Mulier quid ploras? Dicit eis
quia tulerunt dominum meum, et nescio ubi po-
suerunt eum. 14 Haec cum dixisset, conversa
est retrorsum, et videt Iesum stantem, et non
sciebat quia Iesus est. 15 Dicit ei Iesus Mulier,
quid ploras? quem quaeris? Illa existimans
quia hortulanus esset, dicit ei Domine si tu
sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum, et
ego eum tollam. 16 Dicit ei Iesus Maria. Con-
versa illa dicit ei Rabboni, quod dicitur magis-
ter. 17 Dicit ei Iesus Noli me tangere: nondum
enim ascendi ad patrem meum; vade autem

capud eius non cum linteaminib
separatim inuolutum in uno loco tunc in
alter discipulus qui uenerat prior ad monum
um et uidit et credidit nondum enim nouerat
cribturam quod oportebat eum a mortuis resur
e abierunt ergo iterum apud semet ipsos discipuli. ma
ria autem stabat ad sepulchrum plorans et cum fl
et inclinauit se in monumentum et uidit duos an
gelos in albis sedentes unum ad capud et alium
pedes ubi fuit corpus ihū positum dixerunt autem
lli mulier quid ploras ait illis quoniam sustuleru
dn̄m̄ meum et nescio ubi posuerunt eum haec cum di
set conuersa est retro et videt ihm̄ stantem et nescie
bat quod ihs̄ esset dicit ei ihs̄ mulier quid ploras
quem qu[a]eris illa existimans hortulanum esse ait
ei dn̄e si tu sustilisti eum dic mihi ubi posuisti eum
et ego tollam eum dicit ei ihs̄ maria ad illa conuer
a dicit ei haebraeice rabboni quod dicitur dn̄
cit ei ihs̄ noli me tangere nondum enim ascen
ad patrem meum uade autem ad fratres me
c eis ascendo ad patrem meum et ad patr
d dm̄ meum et ad dm̄ uestrum

CODEX D.—9 sciebant. 10 *om.* iterum. 11 cum ergo. 14 vidit.

CODEX K.—*Hiat.*

ad fratres meos et dic eis Ascendo ad patrem
meum et patrem vestrum et deum meum et
deum vestrum. 18 Venit Maria Magdalene ad-
nuntians discipulis quia vidi dominum, et haec
dixit mihi.

19 Cum esset ergo sero die illo una sabbato-
rum, et fores essent clausae ubi erant discipuli
propter metum Iudaeorum, venit Iesus et stetit
in medio, et dicit eis Pax vobis. 20 Et hoc cum
dixisset, ostendit eis manus et latus. Gavisi sunt
ergo discipuli viso domino. 21 Dixit ergo eis
iterum Pax vobis: sicut misit me pater, et ego
mitto vos. 22 Hoc cum dixisset, insufflavit, et
dicit eis Accipite spiritum sanctum: 23 quorum
remiseritis peccata, remittentur eis, et quorum
retinueritis, retenta sunt.

24 Thomas autem unus ex duodecim, qui di-
citur Didymus, non erat cum eis quando venit
Iesus. 25 Dixerunt ergo ei alii discipuli Vidimus
dominum. Ille autem dixit eis Nisi videro in
manibus eius fixuram clavorum et mittam digi-
tum meum in locum clavorum et mittam manum
meam in latus eius, non credam. 26 Et post dies
octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas

magdalene adnuntians discip
d uidisset dn̄m et haec dixisset ei sero
um esset illa die quae est post sabbatum et
lausis ubi erant discipuli congregati propter
etum iudaeorum uenit ih̄s et stetit in medi
et dixit eis pax uobis et cum dixisset ostendit
eis manus et latus suum gauisi sunt autem
discipuli eius uiso dn̄o dixit autem eis iterum
pax uobis sicut misit me pater et ego mitto uos
cum dixisset insufflauit et ait illis accipit
pm sc̄m si cuius remiseritis peccata remittentur
illi si cuius detinueritis detinebuntur tho
autem unus de duodecim qui dicitur dydimus
non erat cum eis cum uenit ih̄s. dicebant autem
ei alii discipuli uidimus dn̄m ille autem dixit e
nisi uidero in manus eius figuram clauorū
misero digitum meum in locum clauorum et mitta
manum meam in latus eius non credam post di
octo iterum intus era^{n}t discipuli eius et thom
cum eis uenit ih̄s ianuis clausis et stetit in me
xit pax uobis deinde dicit thomae p
tuum huc et uide manus meas

Codex D.—21 eis ergo . . . . me misit. 23 remittuntur . . . detenta. 25 figuram.
Codex K.—*Hiat.*

cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, et stetit
in medio et dixit Pax vobis. 27 Deinde dicit
Thomae Infer digitum tuum huc et vide manus
meas, et affer manum tuam et mitte in latus
meum, et noli esse incredulus sed fidelis. 28 Re-
spondit Thomas et dixit ei Dominus meus et
deus meus. 29 Dicit ei Iesus Quia vidisti me,
credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt.

30 Multa quidem et alia signa fecit Iesus in
conspectu discipulorum suorum, quae non sunt
scripta in libro hoc: 31 haec autem scripta sunt
ut credatis quia Iesus est Christus filius dei, et ut
credentes vitam habeatis in nomine eius.

XXI. 1 Postea manifestavit se iterum Iesus ad
mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic. 2 Erant
simul Simon Petrus et Thomas qui dicitur Didy-
mus et Nathanahel qui erat a Cana Galilaeae et
filii Zebedaei et alii ex discipulis eius duo. 3 Di-
cit eis Simon Petrus Vado piscari. Dicunt ei
Venimus et nos tecum. Et exierunt et ascende-
runt in navem, et illa nocte nihil prendiderunt.

CODEX D.—29 quia vidisti et credidisti . . . *om.* et credi-
derunt*. 30 *om.* sunt. 31 credatis quoniam . . . . vitam
aeternam. XXI. 3 nihil coeperunt.

tuam in femore meo et noli esse
fidelis respondit thomas et dixit dn̄e
ds̄ meus ait illi ihs̄ quia uidisti credisti
i qui non uiderunt et crediderunt , , , multa
xvi quidem et alia signa fecit ihs̄ corā disc
ulis suis quae non sunt scribta in hoc libro hae
utem scribta sunt ut credatis quoniam ihs̄ es
χp̄s filius dī ut et credentes uitam aeternam hab
atis in nomine eius post haec autem manifesta
se iterum ihs̄ discipulis suis ad mare tiberiadis man
festauit [autem] sic erant simul simon petrus et thomas q
dicitur dydimus et nathanael qui erat a chana ga
eae et filii zebedei et alii ex discipulis eius duo dicit
eis simon petrus uado piscari dicunt ei uenimus et
nos tecum et exierunt et ascenderunt in navem et
illa nocte nihil coeperunt+ mane autem facto
stetit ihs̄ in litore non tamen cognouerunt discipu
quia ihs̄ est dicit ergo eis ihs̄ pueri numquid pul
tarium habetis responderunt non dicit eis mittit
n dextram partem navis retia et inuenietis
t et iam ne[c]trahere poterant prae mul
m dicit autem discipulus ille q

Codex K.—*Hiat.*

4 Mane autem iam facto stetit Iesus in litore:
non tamen cognoverunt discipuli quia Iesus est.
5 Dicit ergo eis Iesus Pueri, numquid pulmenta-
rium habetis? Responderunt ei Non. 6 Dixit
eis Mittite in dexteram navigii rete, et invenietis.
Miserunt ergo, et iam non valebant illud trahere
a multitudine piscium. 7 Dicit ergo discipulus
ille quem diligebat Iesus Petro Dominus est.
Simon Petrus cum audisset quia dominus est,
tunicam succinxit se, erat enim nudus, et misit
se in mare: 8 alii autem discipuli navigio vene-
runt, non enim longe erant a terra sed quasi
cubitis ducentis, trahentes rete piscium. 9 Ut
ergo descenderunt in terram, viderunt prunas
positas et piscem superpositum et panem. 10 Di-
cit eis Iesus Afferte de piscibus quos prendistis
nunc. 11 Ascendit Simon Petrus et traxit rete
in terram plenum magnis piscibus centum quin-
quaginta tribus: et cum tanti essent, non est
scissum rete. 12 Dicit eis Iesus Venite pran-
dete. Et nemo audebat discumbentium interro-

7 (*tunica***).

CODEX D.—6 *Post* invenietis *add.* dixerunt autem Per totam noctem laborantes nihil coepimus, in verbo autem tuo mitte-

o dn̄s est simon itaq · petrus cum
a dn̄s est tunicam praecinxit se erat en
udus et misit se in mare alii uero discipuli pe
em uenerunt non enim erant longe a terra
quasi cubitis ducentis trahentes retia piscium
ut ergo descenderunt in terram uideat carbo
es incensos et piscem superpositum et panem
et dicit ihs̄ adferte de piscibus quos coepisti
odo ascendit ergo petrus et traxit retem a
erram plenum magnis piscibus cliiii et cum
anti essent non sunt scissa retia dicit dis
ipulis suis ihs̄ uenite prandete et nemo aude
bat ex discipulis interrogare eum tu quis es
scientes quia dn̄s est uenit ihs̄ et accepit pane
et benedixit et dedit illis et piscem similiter ho
am tertio ostendit se ihs̄ discipulis suis postq^{u}am
resurrexit ex mortuis cum autem prandid
ent dicit simoni petro ihs̄ simon iohannis di
gis me dicit illi utique dn̄e dicit illi pasce
ues meas dicit ei iterum simon iohannis dili
dicit ei utique dn̄e tu scis quoniam am
pasce oues meas dicit ei tertio

---

mus. 7 tonica praecincxit. 11 quasi centum. 12 audebat ex discipulis.

Codex K.—*Hiat.*

gare eum Tu quis es? scientes quia dominus
esset. 13 Et venit Iesus et accepit panem et dat
eis, et piscem similiter. [36] 14 Hoc iam tertio
manifestatus est Iesus discipulis, cum resurrex-
isset a mortuis.

15 Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro
Iesus Simon Iohannis, diligis me plus his? Dicit
ei Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei
Pasce agnos meos. 16 Dicit ei iterum Simon
Iohannis, diligis me? Ait illi Etiam domine, tu
scis quia amo te. Dicit ei Pasce agnos meos.
17 Dicit ei tertio Simon Iohannis, amas me?
Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio Amas
me? dicit ei Domine, tu omnia scis, tu scis quia
amo te. Dicit ei Pasce oves meas. 18 Amen
amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te et
ambulabas ubi volebas, cum autem senueris, ex-
tendes manus tuas, et alius te cinget et ducet
quo non vis. 19 Hoc autem dixit significans
qua morte clarificaturus esset deum. Et hoc
cum dixisset, dicit ei Sequere me.

20 Conversus Petrus vidit illum discipulum
quem diligebat Iesus sequentem, qui et recubuit

CODEX D.—13 accipit. 17 *om.* tu scis. 18 ducit.

nnis ama . . e contristatus est p
iam dixit ei tertio amas me dixit ei [dñe] omnia
nosti quoniam amo te dicit ei pasce oves meo
men amen dico tibi quando iuuenis eras praec
gebas te et ambulabas ubi uolebas cum autem sen
eris extendes manus tuas et alius te praecinget et du
cet quo non uis . hoc autem dixit significans qua m
te honoraret dm̄ haec cum dixisset dicit ei sequ
re me conuersus petrus uidit discipulum quem diligeb
ihs̄ sequentem qui et recubuit super pectus ihū in cena et di
dñe quis est qui tradit te hunc autem cum uidisset petru
dixit ad ihm̄ dñe hic autem quid dicit ei ihs̄ sic eum uol
manere quousque ueniam quid ad te tu me sequere
exiuit uerbum hoc inter fratres quoniam discipulus
ille non moritur et non dixit ihs̄ non morieris sed sic
eum uolo manere quousq . ueniam quid ad te hic est
discipulus qui testimonium perhibet de his et qui scribit hae
et scimus quoniam uerum est testimonium eius et alia
quidem multa fecit ihs̄ quae si scriberentur singula
ec ipsum arbitror capere mundum eos qui scr
ntur libros amen . . . . secundum i
expl . c . t , , , , pax , , , pax , , , pax

Codex K.—*Hiat.*

in caena super pectus eius et dixit Domine, quis
est qui tradit te? 21 Hunc ergo cum vidisset
Petrus, dicit Iesu Domine, hic autem quid?
22 Dicit ei Iesus Sic eum volo manere donec
veniam, quid ad te? tu me sequere. 23 Exivit
ergo sermo iste in fratres quia discipulus ille non
moritur. Et non dixit ei Iesus Non moritur, sed
Sic eum volo manere donec venio, quid ad te?

24 Hic est discipulus qui testimonium perhibet
de his et scripsit haec, et scimus quia verum est
testimonium eius. 25 Sunt autem et alia multa
quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula,
nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Amen.

Codex D.—20 supra . . . tradet. 23 *om.* et.
Codex K.—*Hiat.*

[SEQUITUR IN COD. USSER. INTERPRETATIO NOMINUM.]

[*Sequitur nominum interpretatio.*]

. . . .	sollenniter . . te	lisaniae	nativitas
. . . n	mons eorum	lamech	humilis
. . . a	gratia eius	lazarus	adiutus
. . ser	beatus	matthatia	donum dī
. mons	honerans	melchi	rex meus
. . dai	robustus	mathusala .	mortuus est et m
. rfaxat	sanans de populati one	malaliel	laudans dm̄
. dam	homo terrenus	martha	provocans
. mmaius	populus abiectus	naa	pulchra
. esar	possessio principalis	ninivite	nati specios
. ereneu	heredes	petrus	agnoscens
cosam	dinans	pontius	declinans con . . .
. enam	luctus	pilatus	ōs malleator . .
. afarnau .	ager consulationis	rós	capud
. heber	transitus	pam	sublimis
. herodis	pellicius	sicera	ebrietas
elisabeh	dī mei saturitas	salṁáman	pax
. eli	ascendens	salem	misit
helmadadi	dī mensura	sem	nomen
ervi .	gilans	sareptha	incensa sive an
enam	oculos eorum	simon	panememor
elisae	dī salus	subsanna ,	lilium
fanuel	facies dī	samarite ,	custodis
fasec : transitus q'od nos dicimus pascha		satan	adversarius
filippus .	lampadis	sive transgressor	
gabriel	fortitudo dī . sive con for /tatio dī	saba	captivitas
galilaea	volutabilis	sadducei	iustificati
gerasinorū .	salus bona	. . . .	
. turae	montaneae	incipit evangelium cata	
. . rdanis	discensus	lucani ipse est lucas qui er	
. . .	columba mea	discipulus pauli . apostol	
. . .	dn̄s exsultans		
. . .	dn̄s . . . . eius.		

Interpretatio Nominum Secundum Cod. Durmach.

agusti	sollemniter stantes
aaron	mons eorum
ana	gratia eius
aser	beatus
amos	onerans
addai	robustus
arfaxat	sanans de popula /tione
adam	homo terrenus
ammaus	populus abiectus
caesar	possessio principalis
caereneu	heredes
cosam	divinans
cinam	luctus
cafarnau	ager consulationis
cheber	transitus
herodis	pellicius
elisabeth	dī mei saturitas
heli	/er ascendens
elmadadi	dī mensura vigilans
enam	oculus eorum
helisae	dī salus
fanuel	facies dī
fasec	transitus q[d] nos dicimus pas /cha
filippus	os lampadis
gabriel	fortitudo dī. sive conforta /tio dī
galilaea	gālilāeā volutabilis
geraseno rum	salus bona
itūreae	montandae
iordanis	discensus
iori	columba mea
iotarim	dn̄s exsultans
iohanna	dn̄s gratia eius
iairīus	inluminans
lisaniae	nativitas temptati /onis
lamec	humilis
lazarus	adiutus
matthatia	domum dī
melchi	rex meus
mathusala	mortuus est et misit
malaliāel	laudans dm̄
marthana	provocans dm̄ pulchra
ninivi tae	natis speciosi
petrus	agnoscens
pontius	declinans consilium
pylatus	os malleatoris
ros	capud
pam	sublimis
sicera	ebrietas
salman	pax
salem	misit
sārēptā	
sem	nomen
sarepta	incensa sive angustia panis
simon	pone merrorem
sussanna	lilium
samaritae	custodes
satan	adversarius sive transgres sor
saba	captivitas
sadducaei	iustificati

Bible
Lat
A

Bible. Latin 13325a
Evangeliorum versio antehieronymiana ex
Codice Usseriano (Dublinensi); ed. T.K.Abbott.
1884. v.1.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED